

V E T U S
CALENDARIUM
R O M A N U M,

In usum studiosæ juventutis cum præ-
cipuis Festis Veteris Populi Romani &
annotationibus editum.

Accessit in fine appendicula de Mensibus
Græcorum , & dierum apud illos designatione;
itemque brevis Discursus de Navigationsi-
bus Salomonæis.

AUCTORE
M. Gottfried Wegener.
Olfenate.



COLONIÆ BRANDENBURGICÆ.

EX Officina GEORGI SCHULTZII, Elect. Typogr.

Anno M. DC. LXXI.

mirari queam, hominum illorum perverſita-
 tem, qui doctrinam de anni descriptione ſuſq;
 deſq; habent, cum ſapientiſſimorum principum,
 doctiſſimorumq; virorum cura atq; industria,
 quâ maximè anniſi ſunt, quò certa anni ratio,
 certaſq; temporis deſcriptio haberetur, non ſine
 gravibus cauſis ſuſcepta ſepè, cuius videri de-
 beat aut poſſit. Hoc ego reſpiciens, quod iſta
 cognitio ingenuis adoleſcentulis in ſtudiis hu-
 manioribus tractandis magno ſit uſui, equidem
 nolui, quod olim Johannes de Sacro Boſco, &
 Erasmus Reinboldus, inſignes Mathematici,
 maximâ cum laude præſtiterunt, omnia ea, quæ
 hanc doctrinam perficiunt, ſigillatim hic tan-
 gere atq; conſiderare, ſed partem duntaxat ali-
 quam h. e. Calendarium Romanum, quò nil
 vulgariuſ in Scriptis Romanorum, in gratiam
 meorum adoleſcentum, privatim, anſâ datâ,
 explicandum ſumere. Quum verò & aliis
 Hiſtoriam de Calendario Romano, brevesq;
 additas notas, utiles fore perſuaderer, in vul-
 gus prodire facile conceſſi. Ut itaq; ſinceram
 animi mei erga Vos propenſionem, debitamq;
 acceptis pro beneficiis gratitudinem unâ teſta-
 tam palam facerem, Veſtris Nominibus, quo-
 rum (nomine nunquam intermorituro, reſpe-

SS)(O)(SS

Stivè Fratris & Parentis vestri, Avunculi mei
Magni, V. CL. Tobie Magiri p.m. silentio heic
non obvoluto) celebritas in studiis humaniori-
bus quondam ingens semper calcar addidit,
laborem hunc meum qualemcunq;, bonâ tamen
intentione, pauculis aliquot subcisiivis horis su-
sceptum confectumq;, inscribere ac dedicare
volui debui; quem ut faventi animo suscipiatis,
est quod oro. Deus Vos gratia sua protegat,
ac Vos & Vestros diu superstites conservet.
Neapoli Eberswaldina, Anno lab. M.DC.LXX.

M. & Nob. Amplitud. V.

Additissimus

M. G. Wegener.

CA-

SSSE SSSE SSSE SSSE SSSE SSSE SSSE SSSE

CALENDARIUM ROMA- NUM.

I. **C**alendarium est certa dierum anni per menses & hebdomades Expositio, sive enumeratio, secundum Solis & Lunæ periodos confecta, neglectaque ἀνεπίστα Astro-nomicâ, ad usum vitæ civilis instituta.

Ob hanc neglectam ἀνεπίσταν, intercalatione & insertione dierum opus, (imò mensium olim fuit) ne annus civilis nimium quantum ab Astronomico deflecteret. Origanus alicubi ita describit: Calendaria usitato more vocantur libelli, in quibus anni tempora secundum menses & dies eo modo descripta sunt, ut quilibet ex iis non tantum singulos anni menses, sed eorundem quoq; in septimanas, & dies, tam festos quàm profestos, distributionem regulariter discere, ad temporisq; distinctionem usurpare possit.

II. Estque Varium, pro variâ à diversis gentibus recepta annorum formâ, scilicet: Romanum, Ægyptium, Turcicum, Judaicum, &c.

*Romani annum ad Solis motum accom-
dantes,*

dantes, duplicem fecerunt, communem dierum 365. & embolimeum d. 366. Ægyptii quidem eundem annum juxta Solis cursum æstimarunt, sed faciunt hi perpetuò 365. dierum naturalium, quò fit, ut Calendarium Romanum & Ægyptium annis 1460 non conveniant. Turci contra conformant annum & Luna motum, faciuntq; annum modò 354, modò 355 dierum, quò fit, ut apud illos caput anni vagum sit, & demum 30 anno in ver regrediatur. Judei utuntur anno lunari ligato, qui luna motum sic observat, ut elapsis demum aliquot annorum periodis, exactè cum solari congruat.

III. Romanum Calendarium triplex est: Vetustissimum, Vetus, & Novum.

Vetustissimum est, quod Romuli & N. Pompilii temporibus usurpatum fuit. Vetus sive Julianum, quod C. Jul. Cesar operà Sosigenis Mathematici constituit, inq; Rom. Imperio utendum publico edicto sanxit. Novum S. Gregorianum est, quod Papa Gregorius XIII. circa A.C. 1581. instituit, de quibus infra. Utrumq; hoc potes distinguere in Ethnicum & Christianum. Ex illo Rom. Populus dierum, fastorumq; à nefastis distinctionem capiebat; ex hoc Christiani suam temporis distinctionem, profestorū item,

item, & festorum tam mobilium quàm immobilium notitiam hauriunt.

IV. Novum hoc Calendarium dies mensium vulgariter per nomina numeralia denominat; Vetus autem & Vetustissimum minus vulgariter, per Calendas, Nonas & Idus.

Mos n. hic non cœpit demum cum Calendario Julii; sed ante fuit, vigentibus mensibus Numa, secundum Lunæ circuitum adhibitâ intercalatione computatis. Quæ n. ista apud Romanos numerandi ratio fuerit, docent sequentes versiculi:

Prima dies Mensis cujusq; est dicta Calenda.
 Sex Nonas Majus, October, Julius, & Mars:
 Quattuor at reliqui. Dabit Idus quilibet
 octo.

Inde dies alios omnes dic esse Calendas,
 Quas retrò numerans dices à Mense se-
 quente.

Dies

JANUARIUS.

Feria

1	Kalend. Jan.	<i>Jano</i> , hic dies sacratus.	A
2	IV. Non. Jan.		b
3	III. Non. Jan.		c
4	Pridie Non. J.		d
5	Nonis Januar.		e
6	VIII. Idus Jan.		f
7	VII. Idus Jan.		A
8	VI. Idus Jan.		b
9	V. Idus Januar.	<i>Agonalia.</i>	c
10	IV. Idus Jan.		d
11	III. Idus Jan.	<i>Carmentalia & Futur.</i>	e
12	Pridie Id. Jan.	<i>(nalia</i>	f
13	Idibus Januar.	<i>Jovi.</i>	A
14	XIX. Cal. Febr.		b
15	XVIII. C. Febr.		c

Dies

JANUARIUS.

Feria

16 XVII. Cal. Febr.		b
17 XVI. Cal. Febr.		c
18 XV. Cal. Febr.		d
19 XIV. Cal. Febr.		e
20 XIII. Cal. Febr.		f
21 XII. Cal. Febr.		g
22 XI. Cal. Febr.		A
23 X. Cal. Februar.		b
24 IX. Cal. Febr.		c
25 VIII. Cal. Febr.		d
26 VII. Cal. Febr.		e
27 VI. Cal. Febr.	<i>Castori & Polluci.</i>	f
28 V. Cal. Februar.		g
29 IV. Cal. Febr.		A
30 III. Cal. Febr.	<i>Paci.</i>	b
31 Pridie Cal. Feb.		c

Dies	FEBRUARIUS.	Feria
1	Kalendis Febr.	d
2	IV. Nonas Febr.	e
3	III. Non. Febr.	f
4	Pridie Non Febr.	g
5	Nonis Febr.	A
6	VIII. Idus Febr.	b
7	VII. Idus Febr.	c
8	VI. Idus Febr.	d
9	V. Idus Febr.	e
10	IV. Idus Febr.	f
11	III. Idus Febr.	g
12	Pridie Id. Febr.	A
13	Idibus Februar.	b
14	XVI. Cal. Mart.	c
15	XV. Cal. Martij. <i>Lupercalia.</i>	d

Dies

FEBRUARIUS.

Feria

16 XIV. Cal. Mart.

17 XIII. Cal. Mart.

18 XII. Cal. Mart.

19 XI. Cal. Martij.

20 X. Calendas M.

21 IX. Cal. Mart.

Dea Muta. Feralia.

22 VIII. Cal. Mart.

Charistia cognatorum.

23 VII. Cal. Mart.

Terminalia.

24 VI. Cal. Mart.

Bissexti locus.

24 VI. Cal. Mart.

Regifugium.

25 V. Cal. Martij.

26 IV. Cal. Mart.

27 III. Cal. Mart.

Equiria priora.

28 Pridie Cal. Mar.

MARTIUS.

Dies	MARTIUS.		Feria
1	Kalendis Mart.	<i>Marti.</i>	d
2	VI. Non. Mart.		e
3	V. Non. Martij.		f
4	IV. Non. Mart.		g
5	III. Non. Mart.		A
6	Pridie Non. M.		b
7	Nonis Martij.	<i>Vejovi.</i>	c
8	VIII. Idus Mart.		d
9	VII. Idus Mart.		e
10	VI. Idus Martij.		f
11	V. Idus Martij.	<i>Æquinoctium.</i>	g
12	IV. Idus Martij.		A
13	III. Idus Mart.		b
14	Pridie Id. Mart.	<i>Equiria, in monte Cœ-</i>	c
15	Idibus Martij.	<i>(lio.</i>	d

Dies

MARTIUS.

Feria

16	XVII. Cal. Apr.		e
17	XVI. Cal. Apr.	<i>Liberalia.</i>	f
18	XV. Cal. Aprilis		g
19	XIV. Cal. Apr.	<i>Minerva Quinquatriū.</i>	A
20	XIII. Cal. April.	<i>Quinquatr.</i>	b
21	XII. Cal. April.	<i>Quinqu.</i>	c
22	XI. Calend. Apr.	<i>Quinqu.</i>	d
23	X. Cal. April.	<i>Tubilustrium.</i>	e
24	IX. Cal. Apr.		f
25	VIII. Cal. Apr.		g
26	VII. Cal. Apr.		A
27	VI. Cal. Apr.		b
28	V. Calend. Apr.		c
29	IV. Cal. April.	<i>Concordie, Saluti, Paci.</i>	d
30	III. Cal. Aprilis,		e
31	Pridie Cal. Apr.		f

APRILIS.

Feria

g

A

b

c

d

e

f

g

A

b

c

d

e

f

g

-

Dies

1 Kalend. Aprilis. *Veneri.*

2 IV. Non. Apr.

3 III. Non. Apr.

4 Pridie Non. A.

5 Nonis April. *Megalesia.*

6 VIII. Idus Apr.

7 VII. Idus Apr.

8 VI. Idus April.

9 V. Idus April.

10 IV. Idus April.

11 III. Idus Apr. *Ludi Cereri.*

12 Pridie Idus Ap.

13 Idibus Aprilis

14 XVIII. Cal. Maj.

15 XVII. Cal. Maji. *Fordicidia.*

APRILIS.

Dies

Feria

16	XVI. Cal. Maji.		A
17	XV. Cal. Maji.		b
18	XIV. Cal. Maji.		c
19	XIII. Cal. Maji.		d
20	XII. Cal. Maji.		e
21	XI. Cal. Maji.	<i>Palilia. Romæ Natalis.</i>	f
22	X. Calend. Maji.		g
23	IX. Cal. Maji.		A
24	VIII. Cal. Maji.		b
25	VII. Cal. Maji.	<i>Rubigalia.</i>	c
26	VI. Cal. Maji.		d
27	V. Cal. Maji.		e
28	IV. Cal. Maji.	<i>Floralia. Vestæ & Palatine.</i>	f
29	III. Cal. Maji.		g
30	Prid. Cal. Maji.		A

M A I U S.

Dies

Feria

1	Kalendis Maji.	<i>Bona Dea. Floralia.</i>	b
2	VI. Non. Maji.		c
3	V. Non. Maji.		d
4	IV. Non. Maji.		e
5	III. Non. Maji.		f
6	Prid. Non. M.		g
7	Nonis Maji.		A
8	VIII. Idus Maji.		b
9	VII. Idus Maji.	<i>Lemuria noctu.</i>	c
10	VI. Idus Maji.		d
11	V. Idus Maji.		e
12	IV. Idus Maji.		f
13	III. Idus Maji.		g
14	Pridie Idus M.		A
15	Idibus Maji.		b

M A I U S.

Dies	M A I U S.	Feria
16	XVII. Cal. Jun.	c
17	XVI. Cal. Jun.	d
18	XV. Cal. Jun.	e
19	XIV. Cal. Jun.	f
20	XIII. Cal. Jun.	g
21	XII. Cal. Jun. <i>Agonia.</i>	A
22	XI. Calend. Jun.	b
23	X. Cal. Jun. <i>Tubilustria. Volcanalia.</i>	c
24	IX. Cal. Jun.	d
25	VIII. Cal. Jun.	e
26	VII. Cal. Jun. <i>Regifugium.</i>	f
27	VI. Cal. Jun.	g
28	V. Calend. Jun. <i>Fortuna.</i>	A
29	IV. Cal. Jun.	b
30	III. Cal. Jun.	c
31	Pridie Cal. Jun.	d

Dies

JUNIUS.

Feriae

1	Kalendis Jun.	<i>Carnes. Crane. Junoni</i>	e
2	IV. Nonas Jun.	<i>Moneta. Tempestati.</i>	f
3	III. Non. Jun.		g
4	Pridie Non. Jun.		A
5	Nonis Jun.	<i>Dio Fidio s. Sanco.</i>	b
6	VIII. Idus Jun.		c
7	VII. Idus Jun.		d
8	VI. Idus Jun.	<i>Menti in Capitolio. Ludi</i>	e
9	V. Idus Jun.	<i>Vestalia. (Piscator.)</i>	f
10	IV. Idus Jun.		g
11	III. Idus Jun.	<i>Matuta. Matralia.</i>	A
12	Pridie Id. Jun.		b
13	Idibus Jun.		c
14	XVIII. Cal. Jul.		d
15	XVII. Cal. Jul.		e

JUNIUS.

Feria

f

g

A

b

c

d

e

f

g

A

b

c

d

e

f

Dies

16 XVI. Cal. Jul.

17 XV. Cal. Jul.

18 XIV. Cal. Jul.

19 XIII. Cal. Jul.

20 XII. Cal. Jul. *Summano.*

21 XI. Cal. Jul.

22 X. Cal. Jul.

23 IX. Cal. Jul.

24 VIII. Cal. Jul. *Forti Fortune.*

25 VII. Cal. Jul.

26 VI. Cal. Jul.

27 V. Calend. Jul.

28 IV. Cal. Jul.

29 III. Cal. Jul.

30 Pridie Cal. Jul.

Dies

QUINTILIS, five

Feria

1	Calendis Jul.		g
2	VI. Non. Jul.		A
3	V. Non. Jul.		b
4	IV. Non. Jul.		c
5	III. Non. Jul.		d
6	Pridie Non. J.	<i>Ludi Apollinares.</i>	e
7	Nonis Jul.	<i>Ancillalia.</i>	f
8	VIII. Idus Jul.		g
9	VII. Idus Jul.		A
10	VI. Idus Jul.		b
11	V. Idus Jul.		c
12	IV. Idus Jul.		d
13	III. Idus Jul.		e
14	Pridie Id. Jul.	<i>Mercedinus dies.</i>	f
15	Idibus Jul.	<i>Mercedinus.</i>	g

IULIUS.

Dies

JULIUS.

Feria

16	XVII. Cal. Aug.	<i>Merkedinus.</i>	A
17	XVI. Cal. Aug.	<i>Merkedinus.</i>	b
18	XV. Cal. Aug.	<i>Merkedinus.</i>	c
19	XIV. Cal. Aug.	<i>Merkedinus.</i>	d
20	XIII. Cal. Aug.	<i>Lucaria.</i>	e
21	XII. Cal. Aug.		f
22	XI. Cal. Aug.		g
23	X. Cal. August.	<i>Neptunalia.</i>	A
24	IX. Cal. Aug.		b
25	VIII. Cal. Aug.		c
26	VII. Cal. Aug.		d
27	VI. Cal. Aug.		e
28	V. Cal. August.		f
29	IV. Cal. Aug.		g
30	III. Cal. August.		A
31	Pridie Cal. Aug.		b

SEXTILIS. five

Dies		Feria
1	Calend. Sext. <i>Spei.</i>	c
2	IV. Non. Aug.	d
3	III. Non. Aug.	e
4	Pridie Non. Au.	f
5	Nonis Aug. <i>Saluti.</i>	g
6	VIII. Idus Aug.	A
7	VII. Idus Aug.	b
8	VI. Idus Aug.	c
9	V. Idus Aug.	d
10	IV. Idus Aug.	e
11	III. Idus Aug.	f
12	Pridie Idus Au. <i>Herculi.</i>	g
13	Idibus Aug.	A
14	XIX. Cal. Sept.	b
15	XVIII. Cal. Sept.	c

AUGUSTUS.

Dies

Feria

16	XVII. Cal. Sep		d
17	XVI. Cal. Sept.	<i>Portuno.</i>	e
18	XV. Cal. Sept.		f
19	XIV. Cal. Sept.	<i>Vinalia.</i>	g
20	XIII. Cal. Sept.		A
21	XII. Cal. Sept.	<i>Consualia.</i>	b
22	XI. Cal. Sept.		c
23	X. Cal. Sept.	<i>Volcanalia.</i>	d
24	IX. Cal. Sept.		e
25	VIII. Cal. Sept.	<i>Opi in Capitolio.</i>	f
26	VII. Cal. Sept.		g
27	VI. Cal. Sept.		A
28	V. Cal. Sept.		b
29	IV. Cal. Sept.		c
30	III. Cal. Sept.		d
31	Pridie Cal. Sept.		e

SEPTEMBER.

Dies		Feria
1	Calendis Sept.	f
2	IV. Non. Sept.	g
3	III. Non. Sept.	A
4	Prid. Non. Sept.	b
5	Nonis Septem.	c
6	VIII. Idus Sept.	d
7	VII. Idus Sept.	e
8	VI. Idus Sept.	f
9	V. Idus Sept.	g
10	IV. Idus Sept.	A
11	III. Idus Sept.	b
12	Pridie Id. Sept.	c
13	Idibus Sept.	d
14	XVIII. Cal. Oct.	e
15	XVII. Cal. Oct.	f

Æquinoctium.

SEPTEMBER.

Dies	SEPTEMBER.	Feria
16	XVI. Cal. Oct.	g
17	XV. Cal. Oct.	A
18	XIV. Cal. Oct.	b
19	XIII. Cal. Oct.	c
20	XII. Cal. Oct. <i>Merke dinus.</i>	d
21	XI. Cal. Oct. <i>Merke dinus.</i>	e
22	X. Calend. Oct. <i>Merke dinus.</i>	f
23	IX. Cal. Octob. <i>Merke dinus.</i>	g
24	VIII. Cal. Oct. <i>Augusti (natus.)</i>	A
25	VII. Cal. Oct.	b
26	VI. Cal. Octob.	c
27	V. Cal. Octob.	d
28	IV. Cal. Oct.	e
29	III. Cal. Oct.	f
30	Prid. Cal. Oct.	g

OCTO-

Dies

OCTOBER.

Feria

1	Calendis Octo.		A
2	VI. Non. Octo		b
3	V. Non. Octo.		c
4	IV. Non. Octo.		d
5	III. Non. Octo.		e
6	Prid. Non. Octo		f
7	Nonis Octo.		g
8	VIII. Idus Octo		A
9	VII. Idus Octo.		b
10	VI. Idus Octo.		c
11	V. Idus Octo.	<i>Meditrinalia.</i>	d
12	IV. Idus Octo.	<i>Augustalia.</i>	e
13	III. Idus Octo.		f
14	Prid. Idus Octo.		g
15	Idibus Octo.	<i>(talis. P. Virgilii Maronis na.</i>	A

OCTOBER.

Dies

Feria

16 XVII. Cal. Nov.

17 XVI. Cal. Nov.

18 XV. Cal. Nov.

19 XIV. Cal. Nov. *Armilustrum,*

20 XIII. Cal. Nov.

21 XII. Cal. Nov.

22 XI. Cal. Nov.

23 X. Cal. Nov.

24 IX. Cal. Nov.

25 VIII. Cal. Nov.

26 VII. Cal. Nov.

27 VI. Cal. Nov.

28 V. Cal. Nov.

29 IV. Cal. Nov.

30 III. Cal. Nov.

31 Prid. Cal. Nov.

b

c

d

e

f

g

A

b

c

d

e

f

g

A

b

c

NOVEMB.

NOVEMBER.

Dies

Feria

1	Calendis Nov.	d
2	IV. Non. Nov.	e
3	III. Non. Nov.	f
4	Prid. Non. Nov.	g
5	Nonis Nov.	A
6	VIII. Idus Nov.	b
7	VII. Idus Nov.	c
8	VI. Idus Nov.	d
9	V. Idus Nov.	e
10	IV. Idus Nov.	f
11	III. Idus Nov.	g
12	Pridie Idus N.	A
13	Idibus Nov.	b
14	XVIII. Cal. Dec	c
15	XVII. Cal. Dec	d

Dies

NOVEMBER.

Feria

16	XVI. Cal. Dec.		e
17	XV. Cal. Dec.		f
18	XIV. Cal. Dec.	<i>Merke dinus.</i>	g
19	XIII. Cal. Dec.	<i>Merke dinus.</i>	A
20	XII. Cal. Dec.	<i>Merke dinus.</i>	b
21	XI. Cal. Dec.		c
22	X. Cal. Decemb.		d
23	IX. Cal. Dec.		e
24	VIII. Cal. Dec.		f
25	VII. Cal. Dec.		g
26	VI. Cal. Dec.		A
27	V. Cal. Dec.		b
28	IV. Cal. Dec.		c
29	III. Cal. Dec.		d
30	Pridie Cal. Dec.		e

DECEM-

DECEMBER.

Dies

Feria

1	Calendis Dec.		f
2	IV. Non. Dec.		g
3	III. Non. Dec.		A
4	Prid. Non. Dec.		b
5	Nonis Dec.	<i>Faunalia.</i>	c
6	VIII. Idus Dec.		d
7	VII. Idus Dec.		e
8	VI. Idus Dec.		f
9	V. Idus Dec.		g
10	IV. Idus Dec.		A
11	III. Idus Dec.		b
12	Pridie Id. Dec.		c
13	Idibus Dec.		d
14	XIX. Cal. Jan.		e
15	XVIII. Cal. Jan.		

nil *J. M. P.*
g. o. i. l. *M. C. C. C.*

DECEM-

DECEMBER.

Dies	DECEMBER.		Feria
16	XVII. Cal. Jan.	<i>Idibus Januarius</i>	g
17	XVI. Cal. Jan.	<i>Saturnalia.</i>	A
18	XV. Cal. Jan.	<i>Canalia</i>	b
19	XIV. Cal. Jan.	<i>Strenua</i>	c
20	XIII. Cal. Jan.	<i>Strenua</i>	d
21	XII. Cal. Jan.	<i>Angeronia</i>	e
22	XI. Cal. Jan.		f
23	X. Cal. Jan.	<i>Larentalia.</i>	g
24	IX. Cal. Jan.		A
25	VIII. Cal. Jan.		b
26	VII. Cal. Jan.		c
27	VI. Cal. Jan.		d
28	V. Cal. Jan.		e
29	IV. Cal. Jan.		f
30	III. Cal. Jan.		g
31	Pridie Cal. Jan.		A

menslem appellabant) annum illis designabat. Cujus lunaris anni quantitas erat, dier. 354. hor. 8. min. 48.

3. Apparet autem, lunarem hunc annum apud Romanos à Numa Pompilio introductum fuisse, Romulus enim ejus Antecessor, nec Solis nec Lunæ motum in determinandâ anni quantitate observans, in decem menses simpliciter distribuebat annum, teste Ovidio lib. i. Fastor. v. 27.

Tempora digereret cum Conditor urbis in anno,

Constituit menses quinque bis esse suo. (fans,

Quod satis est utero matris dum prodeat in-

Hoc anno statuit temporis esse satis.

Per totidem menses à funere conjugis uxor

Sustinet in vidua tristia signa domo.

Item lib. 3. Fastor: (das,

Nec totidem Veteres, quot nunc habuere Calen-

Ille minor geminis mensibus annus erat.

Et mox postea: (bem,

Annus erat, decimum cum Luna receperat or-

Hic numerus magno tunc in honore fuit.

Seu quia tot digiti, per quos numerare solemus,

Seu quia bis quino femina, mense parit.

Seu quod ad usq̄, decē numero crescente venitur,

Principium spatii sumitur inde novis.

*Assuetos igitur numeros servavit in anno,
Hoc luget spatio femina mæsta virum.*

Et post v. 151.

*Primus oliviferis Romam deductus ab arvis
Pompilius menses sensit abesse duos.*

4. Idem confirmat *Macrobius Saturnal. lib. 1. c. 12.* Non igitur mirum in hâc varietate Romanos quoque olim auctore Romulo annum suum decem habuisse mensibus ordinatum, quia annus à Martio incipiebat, & conficiebatur diebus CCCIV. Et *Censorinus de die Natali:* Annum vertentem Romæ, inquit, Lucinius quidem Macer, & postea Feneftella statim ab initio XII, mensium scripserunt. Sed magis Junio Graccho, Fulvio, & Varroni, & Suetonio, aliisque credendum est, qui X mensium putaverunt fuisse. Idem quoque testantur Plutarchus, & Homerus, qui decem mensium usurpationem etiam apud Græcos fuisse affirmat.

5. *Josepbus Scaliger* quidem dubitat hâc de re; cum quo facit *Philippus Melancthon* in Scholiis ad *Fastos Ovidii*: *Falsa est opinio, inquit, quod Romulus habuerit tantum decem menses. Et apud omnes gentes à principio mundi usq; fuerunt duodecim menses.*

Sed

Sed hæc opinio nititur merâ opinione, & testimonio paucorum; illa etiam testimonio plurium Vererum. Et verò, cum Veteres Romani, ultimum anni mensem Decembrem appellassent? Certè si hic, haud omissis planè Januario & Februario, decimus & postremus non fuisset, non December, sed Duodecember appellandus fuisset.

6. Nesciebant ergo Romani tempore Romuli Januarium & Februarium, acquiescebantque solùm decem istis mensibus, quorum ordo & numerus hic erat. Martius erat primus, anni que initium, dierum 31. Dein Aprilis d. 30 Majus 31. Junius 30. Quintilis 31. Sextilis 30. September 30. October 31. November 30. December 31. Testimonium huic rei. *Ovidius* perhibet, lib. 1. *Fastor.* v. 39. (conf. num. 52. & 3. *Fast.* 135, 149.

*Martis erat primus mensis, Venerisque secundus,
Tertius à senibus, juvenum de nomine quartus:
Quæ sequitur, numero turba notata fuit.*

7. Verum cum annus Romuli, decem duntaxat mensibus constans, incommodus planè fuerit; hinc Numa Pompilius, Romuli successor, eoque pacatior, (sic n. hunc *Ovidius* I. x. *Fastor.* alloquitur: Sci

*Scilicet arma magis, quam sidera, Romule, noras,
Curaque finitimos vincere major erat.)*

Vir iustitia & pietate insignis, mox ad religionem conversus, Sacra Deorum instituit, sacerdotes creavit, Virgines Vestales sacravit, Pontificem maximum primus declaravit, dies fastos nefastosque condidit, & annum in 12 menses dividens, formam anni lunaris, dierum 354, Græcis usitatum, de quo antea dixi, introduxit, decemque istis mensibus Januarium & Februarium præposuit, teste iterum Ovidio l. 3. Fast. 151, supra § 3. & lib. 1. Fast. 43.

*At Numa nec Janum nec avitas præterit umbras,
Mensibus antiquis præposuitque duos.*

8. Ast idem Poëta Sulmonensis de ordine mensium refert, Januarium fuisse omnium mensium primum, & Februarium post Decembrem ultimum, lib. 2. Fastor. v. 47. seq.

Sed tamen (antiqui ne nescius ordinis erres)

Primus, ut est, Jani mensis & ante fuit.

Qui sequitur Janum, veteris fuit ultimus anni,

Tu quoque Sacrorum Termine finis eras.

Sed hoc nusquam aliàs reperiri, asserit in hunc locum Melanchthon. Origanus tamen Ephemer, A. C. 1595, scribit, Decembrem

brem aliquando fuisse antepenultimum in anno Romano mensem, & in Februario, ceu fine anni, Diis manibus honores exhibitos, & pro animabus defunctorum preces fufas esse; quod ipsum intercalatio, quæ in aliis Calendariis passim in ultimos ferè menses rejecta fuerit, satis confirmare videretur. Aut ergo Poëta sibi ipsi contrarius est; aut illa lectio, quam Origanus vel sequitur, vel approbat, hîc tenenda & reponenda est:

Mensibus antiquis addidit ille duos.

Ut adeò Numa non præposuerit, sed potius in fine anni addiderit atq; adjunxerit menses novos, Januarium & Februarium. Sed adversatur iterum Poëta, Januarium & ante fuisse, id est semper, primum mensium, affirmans. Præposuisset ergo Numa decem Romuli mensibus Januarium, & Februarium istis, ceu postremum adjecisset. Conf. infra Macrob. § 74. Quâ in re laudati versus lectio illi non obstat. Aliàs vates vati succurrat, necesse est.

9. Cum autem & hoc Calendarium Numæ Pompilii, quod satis diu usurpatum fuit, undiquaque perfectum non esset; tandem Julius Cæsar emendationem ejus suscepit.

pit. Is enim devicto Pompejo, jam solus rerū potens, ad Rempub. novis legibus, & institutis ornandam, animum appulit. Cumque in hęc Reip. reformatione, etiam annum Romanum, sacrificorum & Pontificum jam pridem vitio & culpā (penes quos solos intercalandi erat potestas, & à quibus tota anni ratio pendeat) ne dicam inscitia, & avaritiā, confusè labentem deprehendisset, ita ut neque messium feriā æstati, neque vindemiarum autumno, competerent; eundem quoque emendandum necessariò esse, judicavit. Quam ob rem, cum & ipse Pontifex maximus & Dictator esset, adhibita in consilium Sosigene Mathematico, annum lunarem, qui dierum 354 erat, abrogavit, additisque undecim diebus & sex horis, annum solarem, Solis motui quam proximè congruentem, introduxit, & ad usus civiles adaptavit.

10. Adjudicabat itaque *Sosigenes*, ex Ægypto à Cæsare vocatus, anno Solari, 365 dies & 6 horas. Arbitrabatur enim, minuta Solari anno redundanter adhærentia, numero vix undecim, parum incommodare, & ad totum annum considerata, nil quicquam im-

importare. Immo, cum & istæ sex horæ quotannis observandæ (quis enim ex plebe eas observasset, vel observare potuisset?) usui civili minus aptæ, & prorsus consentaneum esset, ut anni & dies unum idemque haberent principium, quod aliàs immutatum fuisset, sex dictis horis, quotannis à principio dici, totidem horis initium anni adducentibus: quapropter communibus tribus prioribus annis, horis 6. neglectis, simpliciter 365. dies attribuit & adsignavit, sed tribus annis dierum 365. elapsis, quarto cuique anno, ubi sex istæ horæ, quater sumtæ, 24. horas, sive integrum diem naturalem constituunt, hunc ipsum diem interserendum censuit, adeoque quartum quemque annum dierum 366 fecit.

II. De hæc Fastorum emendatione duo testimonia lubet adducere. Ovidius l. 3. Fast. v. 151. seqq. ita canit:

Primus oliviferis Romam deductus ab arvis,

Pompilius menses sensit abesse duos.

Sive hoc à Samio doctus, qui posse renasci

Nos putat: Egeria sive movente sua.

Sed tamen errabant etiam tum tempora, donec

Casaris in multis hæc quoque cura fuit.

Non hæc ille Deus, tantaque propaginis autor

Credidit officiis esse minora suis.

Pro-

*Promissumque sibi voluit pranoscere calum,
Nec Deus ignotas hospes inire domos.
Ille moras Solis, quibus sua signa rediret,
Traditur exactis disposuisse notis.*

*Is decies senos ter centum & quinque diebus
Junxit, & è pleno tempora quarta die.*

Suetonius Tranquillus lib. 1. in vitâ Jul. Cæsaris cap. 40. *Annum (J. Cæsar) ad cursum Solis accommodavit, ut trecentorū Sexaginta quinque dierum esset: & intercalario mense sublato, unus dies quarto quoque anno intercalaretur. Quo autem magis in posterum ex Kalendis Januariis nobis temporum ratio congrueret, inter Novembrem ac Decembrem mensem, interjecit duos alios: fuitque is annus, quo hæc constituebantur, XV. mensium, cum intercalario, qui ex consuetudine in eum annum inciderat. Adeoque eum ipsum annum, quo Sacerdotum Romanorum annum correxit, XV. noviluniorum s. mensium, i.e. 445 dierum fecit, qui propterea annus confusionis dicitur, Quadragesimus quartus scilicet ante Christum natum.*

12. Ex hæc Julii Cæsaris emendatione, duplex annus Julianus hinc ortus est: *Communis* scilicet, dierum 365; & *Embolimeus*, quarto quoquo anno recurrens, dierum

366. Vocatur hic annus Embolimæus etiam intercalaris, ab intercalando vel inferendo. Germanicè ein *Schalt Jahr*/ quasi luxatilis. Dicitur aliàs quoque Bissextus & Bissextilis, quia nimirum dies ille intercalaris olim mensi Februario sexto die ante Calendas Martias, vel, ut Veteres locum signabant, inter Terminalia & Regifugium, inferebatur, Sextusque Calendarum Martii bis numerabatur. Hodiè verò dies ille intercalaris ultimo Februarii anteceditur, qui proinde 29 dies acquirit, cum aliàs 28 tantummodò habeat.

13. Facile autem cognoscitur Bissextilis annus, diviso per quaternarium in ærà Christiana anno. Quando enim à divisione quaternaria nil remanet, annus Bissextilis est. Unde versus:

*Tunc bissextus erit, partes per quattuor aquas,
Annos partiri cum poteris Domini.*

Sic futurus annus 1672 bissextilis erit, divisus enim 1672 per 4. producuntur 418, & nil remanet. In Periodo autem Julianâ bissextilis habetur, quando à divisione quaternaria relinquatur Unitas. Laborem dividendi subterfugientibus sequentes indices suffi-

ciunt. Nam anni bissextiles in annis Christi sunt, 0. 4. 8. 12. 16. 20. 24. 28. 32. 36. 40. 44. 48. 52. 56. 60. 64. 68. 72. 76. 80. 84. 88. 92. 96. 100. In Periodo Julianâ bissextiles sunt, 1. 5. 9. 13. 17. 21. 25. 29. 33. 37. 41. 45. 49. 53. 57. 61. 65. 69. 73. 77. 81. 85. 89. 93. 97.

14. Notandum etiam hoc loco est, hunc annum Julianum dierum 365, horarum 6. justò longiorem esse, annumque astronomicum, dierum 365. horarum 5. scrup. & ferè undecim scrupulis, vel paulò plus superare. Unde succedentibus temporibus incommodum aliquod natum, factumque, ut ingressus \odot in \circ \vee sive punctum æquinoctii verni, ibi non permanserit, sed quotannis undecim ferè scrupulis horæ anticiparit, quæ à tempore Cæsaris hucusque collecta, ultra 14 dies excreverunt, quibus æquinoctia retroversus anni caput prorepserunt. Inde & ex hac causa ortum est Calendarium Gregorianum, quod Papa Gregorius XIII. annum Cæsaris justò longiorem corrigendo instituit. Emendatius quidem & longè melius hoc est Juliano, sed quod ipsum etiam nævis non caret. Quia tamen Gregorianum classis demum aliquot millenis annis

vix in uno die ; Julianum autem singulis centenis annis notabilem errorem admittit, omninò illud huic longissimè præferendum est. Verum de hâc re alii.

15. Nos porrò notamus de Juliano, quod Julius Cæsar, anni formam ad Solis cursum conformare volens, veteres lunares menses itidem rejecerit, annumque in 12 partes, quos menses appellabat, distribuerit. Cum a. cuique parti æquè multas dies tribuere haud posset, quod 365 in 12. æquè non distribuuntur, menses singulos alternis dierum 31 & 30 esse voluit, excepto Februario, qui eo tempore in annis communibus 29 dies, in bissextis autem 30 habebat. Dedit itaque Januario dies 31. Februario 29. Martio 31. Aprili 30. Majo 31. Junio 30. Quintili 31. Sextili 30. Septembri 31. Octobri 30. Novembri 31. Decembri 30. Ut verò sui memoria ob hanc anni reformationem maneret apud posteros, Quinctilis nomen mutavit, & de nomine suo Julium appellavit, propterea quia, ut vulgo putatur, d. 12. hujus mensis in lucem editus & natus erat. Quod *Mantuanus* innuit, cum canit :

*Julius est mensis nomen, quia Julius isto
Editus est Cæsar, Martis sub sidere, mense.*

Alia

Alii tamen hanc Quinctilis mutationem non ipsi Julio Cæsari, sed Senatui populoque Rom. adscribunt, factam in honorem Cæsaris, cum A.u.c. 700. d. 25. Januar. ex Hispania victor Romam rediret.

16. Atque hæc anni Juliani forma ab omnibus gentibus, populo Romano subiectis, recipi jubebatur, hoc tamen unicuique civitati & genti permissio, ut mensium appellationes sibi consuetas, annique principia retinere, & festa sua, usitata in mensibus disponere liceret. Cumque hunc anni modum & formam, quæ Juliana semper appellata est, ubique gentes reciperent, juxtaque eam tempora disponerent, Calendarium Julianum, quod hodiè Vetus vocamus, inde ortum est. Quare autem anni initium fecerit Januarium & Brumam, rationem reddit *Ovidius*, quando canit: l. i. Fast. v. 149.

*Dic age frigoribus quare novus incipit annus,
Qui melius per ver incipiendus erat?*

Resp. *Bruma novi prima est, veterisque novissima
Solis,*

Principium capiunt Phoebus & annus idem.

Bruma est prima dies Solis novi, & novissima veteris. Sol novus dicitur, quando confecto solstitio hiberno, sui ad nos reditus & ascen-

ascensus indicia præbere incipit. Fecit itaque Jul. Cæsar Brumam s. mediam ferè hie-
mem, primi mensis & totius anni princi-
pium; quia solstitium hibernum, & novi-
lunium (quod Cæsarem non negligere vo-
luisse, verosimile est) olim, cum hæc anni
forma constitueretur, non-procul à Calen-
dis Januariis abfuit, quod tamen Solstitium
ob annum justo longiorem hodiè aliquot
diebus anticipavit. Quemadmodum v. Ro-
mani à Calendis Januarii annum ordiuntur;
ita Græci Christiani, & Græcos imitati Mo-
schovitæ, à Calendis Septembribus auspicari
solent, ab eodem principio indictiones &
Solis Lunæque cyclos connumerantes. A-
stronomi annum inchoant, cum Sol ♃ in-
greditur, quod plerique credunt mundum
tunc esse conditum. In aulis regum ac prin-
cipum mos est, ut consuetudinem Christia-
norum anticipent, annum à nativitate
Christi incipientes; notante *Ranzov. Diar.*
p. m. 215.

17. Verum haud potuit Calendarium
Romanum Julianum, sine emendatione diu
consistere. Pontifices enim & sacerdotes
Romani post mortem Julii Cæsaris, quæ
bien-

biennio post emendationem Calendarij Romani ipsi obtigit per Brutum Cassium & conspiratos, intercalandi vitio illud admodum corruerant. Julius enim quarto quoquo anno unum diem intercalare jusserrat, sed sacerdotes tertio quoquo anno intercalabant diem. Ex quâ inscitiam factum, ut 38 annorum spatio, tres intercalares infererentur, qui tamen supererant. Quâ in intercalatione si perstitissent, reformatum à Julio Calendarium deformatum magis ac corruptum esset, ac ante fuerat.

18. Quapropter Augustus, Julii Successor in Imperio, *Annum à D. Julio* (verba sunt Suetonii in vitâ August. c. 31.) *ordinatum, sed postea negligentia conturbatum atq; confusum, rursus ad pristinam rationem redegit: in cujus ordinatione Sextilem mensem è suo cognomine nuncupavit, magis quam Septembrem, quo erat natus: quia hoc sibi & primus consulatus & insignes victoriae obtigissent.* Nimirum edicto vetuit, ne in proximis XII. annis bissextus infereretur Februario, ut ita denuò pristina anni ratio restauraretur. Et ne Sextilis sive Augustus mensis (qui ex ordinatione Julii tantum XXX. dies habebat)

bre-

brevior foret Julio, diem unum, Februario ademptum, mensi suo adjecit, sequentiumque mensium, ut ratio alterna constaret, quantitatem permutavit. Quo factum est, ut in annis communibus Februius XXVIII. in bissextili autem XXIX. dies habeat, & quidam menses, qui antea 31 dies habebant, tantum 30 acceperint, uti September, November & alii. Quam dierum in menses distributionem, ab Augusto factam, anno octavo ante Christum natum, etiam adhuc hodiè servamus. Veteres istum numerum dierum his versiculis incluserunt:

*Ter denos September habet, totidemq; November,
Junius, Aprilis: reliquis superadditur unus.*

Anno in communi videnos Februus octo,

Continet, hunc uno in bissexto semper adauge.

Hunc numerum dierum cujusque mensis poteris quoque retinere hâc ratione: Manus sinistrae quinque digitos sic dispone, ut pollex, medius & minimus sint erecti: index & ^{Annularis} medius depressi. In his ita dispositis digitis menses XII. ordine percurre, facto numerationis initio à Martio, qui in pollice collocetur, ceteros ad Februarium usque in reliquis digitis persequendo. Jam qui

qui menses in digitos erectos incidunt, erunt 31 dierum, qui in contractos, tantum 30 constabunt. Februario demto, qui 28 vel 29 diebus semper absolvitur.

19. Atque hoc Calendarium Romanum julianum ab Augusto iterum restauratum & interpolatum, ab omnibus gentibus, & postea etiam Christianis receptum, & sine additamento mansit, 333 annos, adusque tempora Constantini Magni. Hujus enim tempore Ecclesia Christiana in Concilio Niceno, immutatum quidem Calendarium julianum retinuit, sed cum hoc additamento, ut propter festum Paschatos, quod non uno eodemque die cum Judæis, sed Dominicâ post plenilunium, Æquinoctium vernale proximè sequens (modo in diem Sabbathi post Solis occasum non incideret) celebrari debebat, dies vicesimus primus Martii, pro Æquinoctio acceptaretur. Quod additamentum (à posteritate proculdubio additum) postea, præter causam supra dictam, confusionis, & novi Calendarii Gregoriani causa extitit. Tantum de Calendario Romano, ejusque sæpi usculè iterata emendatione, & autoribus.

DE CALENDIS, NONIS ET IDIBUS.

20. Nunc de mensium Romanorum in dies triplices distributione, & partibus præsentis Calendarij, quædam dicenda sunt. In primâ cujusque mensis columnâ dies ordine naturali, quo nos Christiani utimur, numerantur. In secundâ numerandi ratio apud Romanos olim usitata notatur. In medio Calendarii spatij quædam & præcipua festa Romanorum, quorum notitia lucem adferunt antiquæ historiæ, & poëtarum scriptis, continentur. De quibus postea pauca adducemus. Qui autem plura cupit legere de distinctione dierum in faustos & infaustos, in festos, profestos & intercisos, in Calendas, Nonas & Idus; item de variis ludorum generibus, & Festis, ut olim apud Romanos in usu fuerunt, is consulat *Origanum Tom. 2. Ephemer.* Ab anno 1625-1636, inclusivè, & plures alios.

21. In quartâ postremâ præsentis Calendarii columnâ scribuntur literæ Dominicales septem A b c d e f g, diei Dominicæ

D

seu

seu Feriæ primæ Indices. Una enim semper ex istis quotannis diem Dominicam demonstrandi officio fungitur. Sic A majusculum, indicat septimum diem, Dominicum sc. nobis feriandum, & incipit quidem instans annus 1671. ab hac literâ & Dominicâ: ita ut more Christiano, sequentis anni primum diem vocemus feriam primam, secundum in septimanâ, diē sc. Lunæ, feriam secundam; diem Martis feriam tertiam; diem Mercurij feriam quartam; diem Jovis, feriam quintam; diem Veneris, feriam sextam; diem Saturni, feriam septimam. Quæ denominatio dierum septimanæ, in Ecclesia antiquâ & Christianâ semper observata, Ethnicæ præferenda, imò à nobis usurpanda est. Quæ de re monui in Horalogiâ §. 7. Huc referatur sequens Schema:



Nomina

Nomina

Judæorum Sabbathum.	Christianorum Dies Dominicus feu feria.	Ethnicorum & Astrologo- rum.	
1	Prima	☉	} Dies.
2	Secunda	☽	
3	Tertia	♂	
4 } Sabbathi.	Quarta	Feria. ♀	
5	Quinta	♃	
6	Sexta	♀	
7	Septima	♄	

22. Quod itaque dies mensium Romanorum attinet, notandum est, quod in quolibet mense sint tres dies, *Calendæ, Nona & Idus*, denominationes sortiti principales, à quibus, assumtis dictionibus numeralibus, omnes cæteri dies denominantur. Quæ numerandi ratio ex Columnâ secundâ sufficienter patere potest. Primus dies unius cujusque mensis vocabatur, *CALENDÆ*, vel *KALENDÆ*, (uterque enim scribendi modus defenditur à Literatis, quamvis, quod K. litera Græcica mera sit, & non ob usum in Latium venerit, *Calendæ* per C. scriptio præferatur) sic dictæ, quod dies iste primus cujusque

que mensis per Pontificem populo calaretur. Sunt, qui Calendas dici volunt, quasi colendas, quod primus cujuslibet mensis dies colebatur in honorem Junonis, *vid. §. seq. Ovid.* vel à καλὸν, bonum, eo quod in primo uniuscujusq; mensis die solebant ab amicis mutuò dari quædam dona, ut per totum mensem sequentem bonum omen illis eveniret. *Plutarchus* alludens ad veterem morem, verisimilius à clam dici putat, quod primitus Calendæ fuerunt dies, quo Luna clam fuit, i.e. soli congressa penitus occultabatur. Quod n. occultè fit, clam fieri & celari Latine dicitur; *vid. §. seq. 24.*

23. Et si autem *Lipsius in Tr. de Orthograph.* Vult, Kalendæ per K. rectius scribi, quod derivetur ἀπὸ τῆς καλεῖν, (quam derivationem plurimi alii sequuntur) haud tamen opus est derivare hanc vocem à Græco καλεῖν vocare, quod præco isto die populum in urbem ad Nondinas convocavit; non solum, quia Græci Kalendas non habent, sed quia ipsi Latini veteres participio *Calandus, a, um,* & verbo antiquo *calare* utebantur, à quo probabilius

Calendæ originem trahunt. Quâ in re testimonium perhibent *Macrobius* lib. 1. Saturnal. c. 15. *Priscis temporibus, antequam fasti à Cn. Flavio scribâ in vitis patribus in omnium notitiam proderentur, Pontifici minori hæc provincia delegabatur, ut novæ luna primum observaret ad spectum: visamq; Regi sacrificulo nuntiaret. Itaq; sacrificio à Rege & minore Pontifice celebrato, idem Pontifex calata, id est vocata in Capitolium plebe, juxta Curiam Calabram, quæ Casæ Romuli proxima est, quot numero dies à Calendis ad Nonas superessent, pronuntiabat: & quintanas quidem quinquies, dicto verbo καλῶ, septimanas, repetito septies, prædicabat. Verbum autem καλῶ Græcum est, id est, voco: & hunc diem, qui ex his diebus, qui calarentur, primus esset, placuit Calendas vocari. Hinc & ipsi Curie, ad quam vocabantur, Calabræ nomen datum est: & Classi, quod omnis in eam populus vocaretur. Et Varro lib. 5 de L.L. Primi, inquit, dies mensium nominari Calendæ, ab eo, quod bis diebus calentur ejus mensis Nona à Pontificibus, quintanæ an septimana sint futurae in Capitolio, in Curia Calabra sic dicta, quinq; (aut ut alii*

legunt) *quinquies calo Juno novella: septem*
 (aut ut alii legunt) *septies calo Juno novella.*
 Sunt tamen, quibus placeat ita emendari:
dies te quinq; calo Juno novella: septem dies
te calo Juno novella: Ex quo loco apparet,
 Kalendas Junoni dicatas fuisse. vide *Ma-*
crob. l. 1. Hinc etiam *Ovidius* canit. lib. 1.
Fast. v. 55. Vendicat Ausonias Junonis cura
Calendas. Ausonias dicit Calendas, quia La-
 tinorum propriæ sunt; Græci n. non ha-
 bent Calendas, sed *vsunvias* i. e. novilunia.
 Ausonia v. omnis Italia dicebatur, quæ Ap-
 pennino monte finitur, ab Ausone duce,
 Ulyssis filio. Quot a. quisque mensis ha-
 beat Calendas docent Versiculi:

Tantum, Fendebat, Quod Regni, Summa Regebat,
Sanctus Rex, Falis, Sapienter Regni Subegit.

Ubi singulæ voces singulis mensibus tri-
 buuntur, initio factò à Januario, quem
 dictio *Tantum* notat. initiales a. duntaxat
 literæ Q, R, S, T, notandæ sunt; significant
 n. tot Calendas, quotæ sunt in ordine al-
 phabeti: sic Q 16, R 17, S 18, T 19 Calen-
 das denotat. Ab his Calendis Fasti nunc
 Calendaria dicuntur, quia plurimi anni
 dies Calendarum nomine veniunt. Habet
 enim

enim annus 36. Nonas, & 96. Idus. Cæteri anni dies Calendarum numero designantur. Calendæ a. Mensis sunt in mense antecedenti: sic Calendæ Januarii in Decembri sunt; Calendæ Februarii in Januario, & sic de cæteris.

24. Calendas sequuntur NONÆ, quarum aliæ sunt Quintanæ, aliæ septimanæ, diei scil. mensis quinto vel septimo affixæ. Dicuntur autem quasi Nondinæ, ut quibusdam placet, quia per tot dies, quot Nonæ erant, nundinæ durare solebant. Vel nomen habent à Non; nullus n. DEUS habuit festum in Nonis, juxta versum *Ovid. lib. 1. Fast. v. 57.*

Nonarum tutela Deo caret: omnibus istis

(Ne fallare Cave) proximus ater erit.

Vel hinc, quod à Nonis ad Idus semper dies novem, sive ante diem nonum sint. Vel Nonæ quasi novæ, propter statuta renovata in singulis mensibus apud Romanos. Vel tandem à novilunio, quod Pontifex eo die novam lunam observabat, & visam regi sacrificulorum indicabat. Eandem nominis rationem reddit è Plutarcho *Theodorus Gaza*, cujus hæc de Calendis, Nonis & Idibus Romanorum verba sunt

libello πρὸς μηνῶν. Ρωμαῖοι, ὡς Πλάταρχος
 ἴσχυει, τὴν εἰς τρεῖς διαίρεσιν τῶν μηνῶν πρὸς τὰς
 μεγίστας τρεῖς διαφορὰς τῆς σελήνης τυγχάνουσι
 πρότερον πεποιηκότες. Καλένδας μὲν τὴν νε-
 μηνίαν καλέσαντες, ὅτι πρὸς τὴν σύνοδον ἔσται
 τῆς ἡσέλης, ὡς περὶ λέληθεν Ἰππλελοιπότης
 δὴ παντελῶς τῶν Φωτῶν. Τὸ γὰρ χλαῖμα Ρω-
 μαίοις το λαθερα. Δραπαίνει, ὅθεν τὰς Καλένδας
 ἄνομασθαι Φησί. Νάινας δὲ, ὅταν κτ' Φανῆς
 πρώτοι Ἰππὶ δυσμῶν γίνεσθαι νεία. Εἰδὲς δὲ, ὅταν
 πα. σέληνος ἔσται εὐειδεδέσθαι τὴν ὄψιν ἢ. Cum
 taque alia nona quinto, alia septimo diei
 affixa sint, ut dictum est, fit inde, ut men-
 ses quidam plures habeant nonas, quidam
 pauciores. Sex nonas habent Martius,
 Majus, Julius, October; quatuor nonas ha-
 bent ceteri omnes, juxta versum antiquum:

*Mar. Ma. Jul. Oc. senas; reliquis Dato bis duo
 nonas, item:*

Sex nonas Majus, October, Julius & Mars;

Quattuor at reliqui.

25. Octavus post Nonas dies IDUUM ap-
 pellatione venit, quarum sunt octo, juxta
 versum:

-- -- Tenet Idus quilibet octo. It.

Octo tenent Idus generaliter omnes.

Antiquiores Romani, uti Kalendæ per K,
 sic

sic EIDUS, additione vocalis e. scribebant. Similiter Eidem pro idem, Leitem pro litem, Meilitia pro militia &c. Rudioribus quippe istis seculis, ait *Martinus*, major erat vitæ cura, quam sermonis. Iduum v. appellatio derivatur ab Hetrusco verbo iduare, quod significat dividere, quod nimirum Nonas à Calendis, vel mensem in duas partes ferè æquales, dividant. Sunt qui Idus dicunt à Jove, quasi Iduli, quia apud Tuscos omnibus Idibus Jovi, immolabatur à Flamine.

Alii dicunt ἀπὸ τῆς εἰδύς, plenâ Lunæ specie, & Idus quasi Vidus, quod eo die Luna plena videatur. *V. Macrob. l. 1. c. 15. & verba Tb. Gaza extr.* Atque hi tres dies in mensibus Romanorum sunt principales, reliqui dies cujusq; mensis, Calendarum, Nonarum & Iduum numero indigitantur. Sic post Calendas Januarii, sequitur quartus Nonarum Jan. Post Nonas sequitur octavus Idus Januariæ, deinde septimus, sextus &c. Post Idus dies sequentes à Calendis Februarii denominantur, ita quod majori numero, secundum quod magis antecedunt, minori secundum quod mi-

nus. Sic primus post Idus Januarii, est decimus nonus Calend. Febr. secundus post Idus decimus octavus Cal. Febr. & sic consequenter.

26. Porro observandum etiam est à tyronibus, quomodo dierum notatio à Romanis efferatur. Dicunt a. Calendis Januarii, Decembris, & Calendis Januariis, Aprilibus. Quarto Nonas Januarii, Decembris, & Quarto Nonas Januariis, Decembris, Aprilis, & Quarto Nonarum Januarii, Decembris. Sic pridie Nonarum Januarii, & Pridie nonas Januarii. Dicunt: Octavo Idus Januarii, & octavo Idus Januarias, pro octavo ante Idus Januarias, & octavo Idum Januarii. Sic Idibus Januarii, & Idibus Januariis. Dicunt: Decimo nono Calendas Januarias, & XIX. Calendas Januarii, & XIX. Calendarum Januarii. Sic Pridie Calendas Januarias, pro ante Calendas Januarias, & Pridie Calendas Januarii, & Pridie Calendarum Januarii. Similis in reliquis mensibus est ratio. Quod a. non dicitur pro pridie, secundo Calendas, Nonas, & Idus, hæc est ratio. quod dictio secundus provenit à verbo sequor,

sequor, unde sequi deberet dies ille, si rectè diceretur secundus, itaque ibi benè dicitur Pridie Calendas i.e. priori die ante Calendas; dies n. hi antegrediuntur suas Calendas, Nonas, Idus, non sequuntur. Est a. pridie quasi heri, non tamen hodierni diei, ἡ πρωταιργία: postridie, postera dies, quasi cras, non præsentis diei, sed alicujus alterius præteriti aut futuri, Gr. Ἰπιδου, ἐγὴφι, ἡ ὑπεργία, ἡ ἐπαύριον. Perendie, ἡ Ἰπιδου ἡμέρα γ. ἡ ἡμέρα τρίτη. Nudius tertius Compositum ex nunc & die tertio, παρχθες. Nudius quartus, ἡ παρελθῶσαι ἡμέρα γ διὰ τετάρτης.

27. Exempla quædam ex Epistolis Ciceronis adducemus.

Calendis Maij. Fam. 13, 57.

Calendis Septembribus. Fam. 14, 22.

Ad Calendas Sextileis. Fam. 8, 4.

Post Calendas Martias. Fam. 8, 8.

IV. Nonas Februarii. Att. 7, 18.

Pridie Nonas Quintileis. Fam. 10, 29.

Pridie Nonas Novembres. Fam. 14, 12.

Nonis Aprilibus. Att. 10, 2.

Nonis Maij. Att. 5, 3.

Ad VII. Idus Dec, ad VII. Iduum, Att. 7, 4

Sexto

Sexto Iduum Aprilis. Att. 3, 2.

Quarto Idus Sextilis; Fam. 14, 20.

Tertio Idus Maij. Fam. 10, 14.

Pridie Idus Junii. Fam. 14, 12.

Idibus Januariis. Fam. 1, 2.

Idibus Martii. Att. 1, 14.

XIV. Calendarum Martii. Att. 8, 20.

Duodecimo Calendas Quintileis. Fam. 14, 15.

Ad IX. Calend. Julias. Fam. 7, 23.

VIIIvo Calendas Junias. Fam. 12, 16.

Tertio Calendarum Januarii. Fam. 16, 12.

Pridie Calend. Jun. Athenis. Fam. 4, 12.

28. Quemadmodum a. Veteres Romani brevitatis causa, certis notis in scribendo utebantur, quæ & in Fastis Capitolinis & Veterum monumentis extant. e.g. A. P. U. C. notabat : Anno post Urbem Conditam. COS. DES. consul designatus. DICT. COM. HAB. C. Dictator comitiorum habendorum causa. S. S. C. Seditio- nis sedandæ causa. P. P. Pater Patriæ, It. Præfectus Prætorius. III VIR R. C. Triumvir Reipublicæ constituendæ. S. Q. R. E. Q. R. I. N. S. E. H. L. N. R. E. Si quod rogatum est, quod rogari jus non sit ejus hac lege nihilum rogatum est. X. VIRI. LIT. JUD.

De

Decemviri litibus judicandis, &c. Ita etiam ejusmodi notis in dierum & mensium designatione utebantur, XBER. not. December. VTILIS Quintilis. VITILIS Sextilis. IIXBER October. IXBER November. Ad XV. Cal. Jun. i. ad 15. Calendas Junias. Cicero sæpe utitur præpositione Ad. Athenas veni ad XI. Calendas Junias, Fam. 12, 16. Ad quintum Iduum Maji veni in Trebulanum, Att. 5, 3. Ad VIII. Idus Maji, Att. 4, 14. Ad IX. Calendas Junias in Cumanum veni, Fam. 7, 4. Ad XVI. Cal. Febr. cum in Senatu pulcerrimè staremus, Fam. 1, 4. Ad X. Mart. datas ad III. Calend. Mart. ubi subaudiendum ante, ut sit ad 3. diem ante Calendas Martii.

29. Sic quando A. solum scribitur, effertur per Ante. e.g. *A. d. III. Kalend. Februar.* Ante diem tertium Kaenldas Februarii vel Februarias: Vel, Ante diem tertium Kalendarum Februarii, sive Februariarum, qui est trigessimus dies mensis Januarii. Alia notatio decimi diei Martii: *Ex a. d. VI. Eid. Mart.* Ex ante diem Sextum Idus Martias, vel, Ex ante diem Sextum Iduum Martii vel Martia.

tiarum. *Ausonius* diem quartumdecimum
Decembris sic exprimit epist. 19.

*Transierant Eidus medius suprema December
Tempora venturo properabat jungere Jano;
Et nonas decimas ab se nox longa Kalendas
Jugiter acciri celebranda ad sacra jubebat.*

Quæ verba ipse ita interpretatur: *Jam
prima nox erat ante diem nonumdecimum
Kalendarum Januariarum, quum redde-
sunt mihi literæ tuæ oppidò quàm literatæ.*

DE JANUARIO.

30. Nunc de singulis mensibus Roma-
nis, eorumque fastis aliquid dicendum
est. *Januarius*, primus anni Juliani men-
sis, & à Numa Pompilio, secundo Roma-
norum rege demum in Calendarium Ro-
manum introductus, à *Jano* dictus est, an-
tiquo Latinorum rege, quem bifrontem
pingunt, propterea, quod exitum anni
præcedentis & sequentis initium respi-
ciat. *V. Macrobius l. i. Saturnaliorum cap. 13.*

De *Jano* ita *Ovidius* l. i. *Fast.* v. 65. canit:

Jane biceps anni tacitè labentis origo,

Solus de superis, qui tua terga vides &c.

Inde vocor Janus: cui cum cereale sacerdos

Imponit libum, farraque mista sale:

Nomina ridebis, modo namque Patulcius idem,

Et modo sacrificio Dufius ore vocor.

De nomine & figura, Jani biformis V.
 plura apud eundem à v. 67-182. *Joannes de Sacro Bosco* Januarium à Januâ putat dictum, quia, ut per Januam fit introitus in atrium, ita per Januarium in annum. Germani Latinorum nomen nonnihil decurtatum & deformatum retinent, *der Jenner*. *Carolus Magnus*, qui teste *Eginhardo* in *Chronic.* ad A.C. 794. mensibus Romanorum nomina Germanica dedit, appellavit Januarium, *den Wintermonat*. Dicitur aliaque *der Beermonat / Ferkelmonat / Fischmonat / & Eysmonat /* ab aliis *Hartmonat /* qs. durus & asper mensis, propter vim frigoris, quod hoc mense maximè intensum est. Junoni Deæ hunc mensem fuisse consecratum, tradit *Rhodigin.* l. 15. c. 30. Dies habet 31.

31. *Dies primus Januarii ipsi Jano sacer est, hinc Ovidius* l. 1. *Fast.* v. 172.

Jane tibi primum thura, merumque fero.

Hunc Janum mutuati sunt Gentiles ex sacris, ad Noam respicientes, V. *Sabellio. Ex-empl.* l. 4. cap. 8.

Die 9. Januar. s. Quinto Idus Januarii habebantur Agonalia s. Agonia, quæ erant ludi

ludi in honorem Agonii Dei, rerum ge-
 rendarum præſidentis, ſic dicta, quod lo-
 cus, in quo iſti ludi fiebant, ſine angulo
 fuit, ab *α* privativo & *γωνία* angulus. Alii
 dicta Agonia volunt, quod in monte fie-
 bant; Agones enim montes vocabant:
 Hinc mons Quirinalis agonus, & Collina
 porta Agonenſis dicta eſt. Sed & *Ovidius*
 de nomine Agonalium diſputat, quando
 canit lib. I. Faſt. v. 217 ſeq.

*Quattuor adde dies ductis ex ordine Nonis,
 Janus Agonali luce piandus erit.
 Nominis eſſe poteſt ſuccinctus cauſa Miniſter,
 Hoſtia cœlitibus quo feriente cadit.
 Qui calido ſtrictos, tincturus ſanguine cultros,
 Semper agatne rogat, nec niſi juffus agit.
 Pars, quia non veniant pecudes, ſed agantur, ab
 actu*

*Nomen Agonalem credit habere diem.
 Pars putat hoc feſtum priſcis Agnalia dictum,
 Una ſit ut proprio littera dempta loco.
 Aut quia præviſos in aqua timet hoſtia cultros,
 A pecoris lux eſt ipſa notata metu.
 Fas etiam fieri ſoliſis ætate priorum
 Nomina de ludis Græca tuliffe diem.
 Et prius antiquus dicebat Agonia ſermo,
 Veraque iudicio eſt ultima cauſa meo.*

Vid. plura in ſeq. apud eundem de Agoniis.

32. Die 11. Januaria. s. Tertio Idus Januarias, Carmentalia celebrantur, quæ erant Pontificalia sacra, facta in honorem Arcadiæ Carmentæ, Deæ futurarum rerum admonitricis, quæ ita dicebatur à carminibus, responsis & oraculis. *Ovid. l. 1. Fast.*

Ipsa mone, qua nomen habes à carmine ductum.

Ore dabat pleno carmine Vera Dei.

Carmenta sive Carmentis Evandri mater, propriè Nicostrata dicta, primum intulisse literas in Italiam fertur. *V. Ovid. l. 1. Fast.*

Eadem die dedicatum est templum Juturnæ, quæ fuit Nympha Latina, soror Turni. De qua *Virgil. Æn. 12. & Ovidius lib. 1. Fast. v. 463.*

Te quoq, lux eadem Turni soror ade recepit,

Hic ubi Virginea campus obitur aqua.

Conf. *Ovid. lib. 2. Fast.*

33. Idus ut Januarii, sic reliquorum mensium, Jovi Deorum summo, sacratae fuerunt. Omnibus enim Idibus apud Thuscis Jovi immolatum fuit à Flaminiibus. Hinc *Ovidius lib. 1. Fast. v. 56.*

Idibus alta Jovi grandior agna cadit.

Porrò *Ovidius* quoque mentionem facit placandarum *Porrime & Postventæ* (al.

Postvertæ), item feriarum Sementinarum,
de quibus ita canit eod. l. i. F.

*Ter quater evolvi signantes tempora Fastos,
Nec Sementina est ulla reperta dies.*

*Cum mihi, (sensit enim) lux hac inducitur, inquit.
Musa, quid a Fastis non stat a sacra petis?
Utrūq; dies incerta sacris, sic tempore certo
Seminibus jactis est ubi factus ager.*

Dies 27. **JANUAR.** s. Cal. Febr. VI. sacra erat
Castori & Polluci. Tricesima verò dies
Deæ Paci. De quibus *Ovidius* l. i. Fast. ex-
tremo.

*At qua Venturas precedit sexta Calendus,
Hæc sunt Ledæis templa dicata Deis.*

*Fratribus illa dies, fratres de gente Deorum
Circa Futurna composuere lacum.*

*Ipsum nos carmen deduxit Pacis ad aram,
Hæc erit a mensis fine secunda dies. &c.*

DE FEBRUARIO.

34. Februarius mensis itidem à Nu-
mâ primùm constitutus, & quidem in ho-
norem Plutonis, qui Februus dicebatur,
cui etiam hoc mense sacrificia fiebant. E-
xistimabat enim Numa, hoc mense pec-
cata populi esse expianda, & diis manibus
defunctorum piamina ferenda, ne infesti
& molesti essent. Hinc facibus & cereis
circa mortuorum sepulchra accensis, sa-
crificia, quæ Ambarvalia, Lustralia, Am-
burbia

burbia & Februa dicebantur, peragebant. A quibus sacrificiis Februis, quæ februan- do, i. e. expurgando & lustrando fiebant, dictus est hic mensis Februarius, quasi lu- stralis. Ovidius originem nominis his ver- bis exponit l. 2. Fast. v. 19. seq.

*Februa Romani dicere piamina patres,
Nunc quoq; dant serbo plurima signa fidem.
Pontifices à Rege petunt, & Flamine lanas,
Quæis veterum lingua Februa nomen erat.
Quæq; capit licet domibus purgamina certis,
Torrida cum mica farra, vocantur idem.
Nomen idem ramo, qui casus ab arbore pura,
Casta sacerdotum tempora fronde legit.
Ipse ego Flamineam poscentem Februa Sidi,
Februa poscenti pinea virga data est.
Deniq; quodcumq; est, quo corpora nostra piantur,
Hoc apud intonsos nomen habebat avos.
Mensis ab his dictus: secta quod pelle Luperci
Omne solum lustrant, sidq; piamen habent. &c*

Conf. Macrobius l. 1. saturnal. c. 13. Cel- Rhodigin. A. Lect. l. 25. c. 30. Alex. ab Ale- xand. l. 3. c. 24. Isidor l. 5. c. 55. Plutarchum, Pompejum Festum, Lilius Gyrald. de ann. & mens. Varron. l. 5. de L. Lat. Becman. voc. ferveo, Martin. in lex. Durandum, &c. quo- cum nonnulli putant à febre Februarium dictum, quod crebriores febres & scabies post frigus & partum hiemis incommodio- rem hoc mense dominantur. A Latinis

hic mensis etiam dicitur Intercalaris, non quod totus mensis intercaletur (quomodo ante 12. mensium constitutionem factum olim est) sed quod diem intercalarem sive bisextum contineat, de quo mox infra.

35. Germani hunc mensem ex appellatione Caroli M. vocant den Hornung / vel à cornuum mutatione, ut vult *Petrus de Crescentiis de Agricult. l. 13. c. 31.* quod hoc mense cervi cornua deiciant. Unde etiam à deciduis Cervorum cornibus, Græcis dicitur ἐλαφηβολιών: vel, ut alii putant, à jaculandis cervis, quod h. m. cervi commodissimè capiantur & feriantur; aut Dianæ Deæ h. m. in honorem à gentilibus sacrificio sint exhibiti: vel, ab antiquâ Francorum lingua Hornig / quod scabiosum significat: vel denique, ut *Martinius* in *Lex. arbitratur*, ab antiquo vocabulo horen / hooren sive ophooren i. e. desinere, finem facere, quod gelu tunc incipiat desinere. Inde etiam à quibusdam dicitur der Sporeckel / Sporeckel oder Sporeckelmonat / quasi vestigium & gelu, Spore Kette. *Langius Elem. Astron.* vocat den Sporeckel oder Sporeckelmonat / quasi mensem assularum, quod

quod lignorum fragmenta pro igne faciendo converrantur. An verò potius, ut nonnemi placet, à sparem / comparcere, quia in hunc mensem quadragesima s. tempus parsimonix incidat. Aliàs vocatur hic mensis à Germanis der Hartmonat / der dritte Wintermonat / Fuchsmonat / Frostmonat / & Rebmonat / q. vitium mensis, quod tunc vites putentur.

36. Die 15. Februar. s. XV. Calend. Martias, Romani celebrarunt Lupercalia, de quibus Ovidius lib. 2. Fastorum, quem vide.

*Forſitan & quæras cur ſit locus ille Lupercal,
 Quæſe locum tali nomine cauſa notet. &c.
 Venit ad expoſitos (mirum) lupa facta gemellos:
 Et linguæ linguâ corpora bina ſuâ.
 Marte ſatos ſcires : timor abſuit : ubera ſugunt,
 Et ſibi permiſſi lactis aluntur ope.
 Illa loco nomen fecit : locus ille Lupercal,
 Magna dati nutritrix præmia lactis hæbet.
 Quid ſetat Arcadio dictos à monte Lupercos?
 Faunus in Arcadiâ templa Lycaus hæbet.*

Fuerunt a. Lupercalia ſacra, quæ in Lupercali ſub Palatino monte, Pani Deo Arcadiæ, qui etiam Lycæus vocabatur, fiebant. Locus v. Lupercal, ab Evandro Pani ſacratus, à Lupa, quæ eo in loco Remum & Romulum nutrit, appellatur.

Sunt etiam, qui derivant Lupercal à luen-
do, quod ibi per capram luebatur i. e. sa-
crificabatur. Lupercia, dicebantur Sacer-
dotes, qui nudi in honorem Panis lustrabant
civitatem, & prænantium mulierum ma-
nus, zonâ caprina verberabant, ut facilio-
res essent partus. Conf. sup. n. 34.

37 Die 21. Februar. f. IX. Cal. Martij,
celebrata sunt Feralia sive Parentalia, ab
Æneâ in Italiam allata, in quibus ad sepul-
cra eorum, quibus parentare volebant, sa-
cificia & epulas ferebant, & in quibus ne-
fas erat nubere. De quibus iterum *Ovidi-
us* l. 2. *Fast.* quem videtis.

*Est honor tumulis animas placare paternas,
Parvâq; in extructas munera ferre pyrat.
Nunc animæ tenues, & corpora functa sepulcris
Errant: nunc posito pascitur umbra cibo.
Non tamen hoc ultra, quam quot de mense super sunt
Luciferi, quot habent Carmina nostra pedes.
Hanc quia iusta ferunt, dixere Feralia lucem:
Ultima placandis manibus illa dies.*

Varro ferialium diem, ait, à ferendis in se-
pulcra epulis dici; *Macrob.* l. i. sat. c. 4. Ea-
dem dies sacra Deæ Mutæ, de quâ in seq.
Ovidius.

38. Die 22. Febr. f. VIII. Cal. Mart. Cha-
ristia Cognatorum sunt habita, quare & e-
adem die Concordiæ Deæ libatum & sacri-
fica.

ficatum fuit. Unde *Ovidius*, apud quem plura vid. l. 2. *Fast.* canit.

Proxima cognati dixerunt Charistia chari:

Et venit ad socios turba propinqua Deos.

Dius generis date thura boni: Concordia fertur

illo præcipue miris adesse die.

39. Die 23. *Februar.* sequuntur *Terminalia*, in honorem Dei *Termini* instituta. De quibus mox in seq. *Ovidius*:

Nox ubi transierit, solito celebretur honore,

Separat indicio qui Deus arva suo.

Termino, sive lapis, sive es defossus in agro

Stipes, ab antiquis tu quoque, numen habes.

Te duo diversa domini de parte coronant,

Binaque ferta tibi, binaque liba ferunt.

Ara fit: hic ignem curta fert rustica testa

Sumptum de tepidis ipsa Colona focis. &c.

40. Inter *Terminalia* & *Regifugium*, de quo mox, sive ante 24. *Februarij*, & VI. *Cal. Martias*, intercalabatur edicto *Jul. Cæsaris*, quarro quoque anno absoluto, dies, qui *Bissextus* vocatur, quia eo anno bis scribebatur sexto *Calendas Martias*. Cum enim non permetteret *Romanorum* superstitiosa religio, plures 28. diebus attribui *Februario*, & verò propter diem *Februario* (utpote pauciorum reliquis dierum mensi) intercalandum, omninò 29. dies fierent, hinc 24^{um} diem *Februarij* bis nu-

merabant, bisque sexto Cal. Mart. scribebant. Erat itaque alter & prior dies quidem 24. Febr. & VI. Cal. Mart. sed intercalaris; alter autem, qui sequebatur intercalarem, verus VI. Cal. Mart. apud Romanos, & apud nos hodiè dies 25. Februarij. De causa insertionis hujus diei bissexti. si-
 ve intercalaris, à quo nomen trahit ipse annus bissextilis, annos reliquos communes uno die superans, supra dictum est num. X. seq. Conf. Macrobi. l. 1. sat. c. 12. 13. 14. Pueri, occasione diei intercalaris, hoc loco, ὡς ἐν παροῶν, discant, quomodo Seneca verbo intercalandi usus sit. Sic autem ille Natural. quæst. l. 7. c. 32. *Quis, ait, Philosophiam aut ullum liberale studium respicit, nisi cum ludi intercalantur, cum aliquis pluvius intervenit dies, quem perdere licet?* Ludi intercalari dicuntur, quorum actio non absolvitur diebus continuis, sed ob aliquam causam quiete unius diei vel plurium interrumpitur. Cæterum notetur & hoc, *Matthia*, qui primùm fuit unus ex 70. discipulis Christi, postea verò Apostolus in locum Iudæ electus, in Romano Canone 24. Febr. esse sacratum, eò quod
 VI.

VI. Cal. Mart. securi percussum & martyrio coronatum tradunt. In Menologiis verò Orientalium & Græcarum Ecclesiarum nonus Augusti ipsi sacer est. Quod autem festum Matthiæ juxta Canonem Romanum (Orientalium n. sanctionem non attendimus) modò in 24. Febr. modò in 25. ejusdem transferatur, causa est, Dies intercalaris s. bissextus. Hic enim includit duos dies, sc. 24. & 25. Febr. qui duo tamen pro uno tantùm in exercitio cultus divini, & in administratione quoque justitiæ, certis in casibus, reputantur. Atque inde fit, ut à 14. Febr. inclusivè, ad 29. Febr. inclusivè, non 16. sed 15. dies numerentur, quartusque decimus Romano more non 17^{mus}, sed 16^{mus} Cal. Martias dicatur. Ut autem in numeratione dies penultimus Februarii 3tio Cal. Mart. insigniatur, necessum est, ut & 24. & 25. Febr. (puta in anno bissextili) sexto Cal. Mart. i. e. dies duo, uno duntaxat designentur. Confirmat hoc l. (98.) Cum bissextum ff. de Verb. signif (lib. 39.) Cum bissextum Calendis est: nihil refert, utrum priore an posteriore die quis natus sit, & deinceps sextum Calendas ejus natalis dies est.

Nam id biduum pro uno die habetur. Sed posterior dies intercalatur, non prior; ideo quo anno intercalatum non est, sexto Calendas natus, cum bissextum Kalendis est, priorem diem natalem habet. Ad quam L. D. D. V Vol. derus in disp. 6. Cum sextus dies Calendas Martij bis in Calendario est, & queritur, quoto die quis natus sit, sexto die eum natum esse dicemus. Rationem ipse Ictus addit, quod nempe hi duo dies habeantur pro uno, etiam si bis numerentur. Tale est (ex Alciato & Goedd h. l.): Nascitur quis anni intercalaris die secundo, anno sequenti, qui jam non intercalatur, queritur, quo die ille natus sit, & dubium nullum est, quin posterior ille dies hoc anno non possit computari, adeoque nullum haberet natalem, ast, quoniam bissextus ille dies pro uno habetur, sequitur eum, qui posteriore anni bissextilis die natus est, sextum Calendas Martij, pro natali habere. Glossa verò ad hanc l. ait: Nota, quod bis sextus dictus est, quia bis dicitur, sexto Cal. Martias. Et ad voc. intercalatur: Non computatur, inquit, pro die, & hoc quantum ad etates & anni terminum, & judicia. Alia item Glossa post hanc ait: Sed quid ad nos de bissexto? Resp. quia

quia necesse habemus scire de etate propter in-
 integrum restitutionem, item propter tutelam
 & curas, item propter legata, qua quandoq;
 in certam etatem relinquuntur, item & pro-
 pter usucapionem & prescriptionem, & alia
 plura. Ex his porrò sequitur, in Ecclesia li-
 citum esse, Festum Matthiæ, quod diei 24.
 Febr. assignatum est, pro libero arbitrio in
 annis intercalaribus vel die 24. vel 25. Febr.
 celebrare. Hocque ipsum confirmat Ius
 Canonicum C. Quæ sivit fraternitas, Decr:
 de verborum signif. in Rubricâ: *In anno
 bissextili servari debet loci consuetudo circa
 diem S. Matthiæ festandum.* Textus verò ait:
*Festum Matthiæ juxta consuetudinem Ecclesi-
 asticam, vigilia eatenus præcedat, ut nec pro
 bissexto, nec pro quolibet alio modo, inter se
 & solemnitatem aliam diem admittat, in quâ
 utiq; vigilia (nisi venerit in Dominicam) jeju-
 nium celebretur; ipsum autem festum, si ve-
 rat in præcedente die, si ve in sequenti, nullus er-
 ror; sed consuetudo Ecclesiæ teneatur.* Imò
 mentionem facit populorum quoque li-
 bertate hæc utentium Glossa in l. Cum
 biss. ff. de verb. signif. *Posterior pro die com-
 putatur, non prior, & sic servant Ultramonta-
 ni*

ni in festivitate beati Matthie, sed Italice quidam precedenti die observant. Alioqui si hoc non esset, nequaquam hi duo vulgares versus conciliari possent; quorum prior:

Matth: Matth: dicatur, sed festum non variatur. i. e. uterque dies S. Matthiæ debetur, sed festum non aufertur, puta à 24. Febr. posterior verò:

Posteriore die celebrantur festa Matthia.

Nisi certò quis affirmet, priore versu uti populos die 24. Febr. festum Matthiæ celebrantes; posteriore verò, qui in bissexto anno d. 25. celebrant. Si qua verò Respublica vel consuetudine vel lege ecclesiastica alterutrum recepit aut introduxit, ab hoc unanimi absque consensu discedendum non est. Ita Christiani in Germaniâ festum Matthiæ in communibus annis semper die 24. Febr. celebrant, sed in anno bissextili die 25. Febr. qui nempe tunc est verus sextus Calendas Martias. Hinc litera f, bis in Calendario notatur, nimirum juxta 24. & 25. diem Febr. ne sequentium literarum ordo turbetur.

41. *Die 24. Februar.* sacrum à Romanis antiquis institutum fuit, quod Regifugium

gium dicebatur, hoc enim die L, Tarquinius Superbus ejectus est regno & urbe Romà, ob violatam à filio Sexto Tarquinio Lucretiæ pudicitiam. *Tulit (ut Livius inquit) Romana regia sceleris tragici exemplum, ut tædio Regum maturior veniret libertas: ultimumq; reguum esset, quod scelere partum esset*. Hic dies 24. Febr. apud Romanos nunquam fuit intercalaris, sed ver⁹ & in communibus & in bissextilibus annis VI. Cal. Martias, intercalarem sequens. Quamvis enim num. præc. l. 98. ff. de V. S. expressè dicatur, posteriorem diem intercalari, non priorem; hancque secuti asserant, intercalarem diem ante nostrum 25. Febr. insertum fuisse: aliud tamen testatur Macrobius c. l. allegatus infra n. 74. procul dubio consensu antiquorum motus, quos sequor § præcedente. Quod si quis dicat, liberum fuisse olim, intercalarem appellare vel sequentem VI. Cal. Mart. diem, haud refragor; ipse enim Macrobius affirmat, bissextilem diem ob nundinas arbitrio sacerdotum permissum fuisse. *Unde dies ille, ait c. l. quo abundare annum diximus, eorum est permissus arbitrio, qui fastis præerant: ut, cum vellent, intercalarent: dummodo cum in medio Terminaliorum, vel mensis*

*mensis intercalaris ita locarent, ut à suspecto di-
e celebritatem averterent nundinarum. De
hoc Regifugio Ovid. l. 2. F. af.*

*Nunc mihi dicenda est regis fuga : traxit ab illâ
Sextus ab extremo nomina mense dies.*

*Ultima Tarquinius Romana gentis habebat
Regna, vir injustus - - -*

*Vulnus inane patet : Brutus clamore Quirites
Concitât, & Regis facta nefanda refert.*

*Tarquinius cum prole fugit : capit annua Consul
Jura : dies regnis illa suprema fuit.*

D. 27. Febr. l. III. Cal. Mart. Equiria
habita sunt, i, e. ludi, quos Romulus Mar-
ti instituerat. Hi ludi certamina equorum
in campo Martio exhibebant, de quibus
Ovidius lib. 2. Fastor. extremo:

Jamq; dua restant noctes de mense secundo :

Marsq; cigos junctis curribus urget equos.

Ex Vero positum permansit Equiria nomen,

Qua Deus in campo perspicit ipse suo.

Refert idem Ovidius l. c. 2. Quirinalia, quæ
sacra fuerunt in honorem Quirini s. Ro-
mulifacta, item, Festa stultorum, & For-
nacalia, in honorem Deæ Fornacis, de qui-
bus laudatus lib. consularum.

DE MARTIO.

42. Martius, tertius Juliani anni
mensis, antiquis Romanis circa initia V. C.
anni Lunaris principium & mensis primus
fuit.

fuit. Romulus enim in honorē Martis, sui, ut putavit, Genitoris, primum anni mensē constituit, testibus Macrobio l. i. Saturn. c. 12. cp. & Ovidio, qui l. 3. Fastor:

Forsitan ipse roges quid sit cum Marte pœta:

A te, qui canitur, nomina mensis habet.

Et postea v. 73. seq.

Arbiter armorum, de cuius sanguine credor

Natus: & ut credar, pignora multa dabo.

A te principium Romano dicimus anno:

Primus de patrio nomine mensis erit.

Vox rata sit, patrioq; vocat de nomine mensē.

Romulus hos omnes ut sinceret ordine saltē,

Sanguinis auctori tempora prima dedit.

Carolus Magnus, teste Aventino, veteri Germanorum lingvâ appellavit den *Lenhine* Monat sive *Lentemaend* / quod lenis sit mensis & ipsius veris principium. Alias dicitur etiam der *Frühlingmonat* / *Pferde* monat & *Süllmonat* / vide Ranzov. *Calend. Perp.* Priscis Danis dictus der *Uormanet* / quasi *Uhrmonat* / spicæ mensis pro Judææ ratione: Veteribus Saxonibus der *Reitmonat*; An *Reitemonat* / quasi parationis mensis, quo ad agriculturam & navigationem omissam hyeme, nos denuo paramus. *Vid. Martin. in Lex. & Scalig. de Emend. Temp.* Cimbri Martium, den *Mers* / non deducunt à Marte, sed *Mert* oder *mehren* / ab aucti-
one

one dierum, quod principium ejus dies au-
geat. Posset etiam appellari der Saemo-
nat / quemadmodum Hebraei Adar, men-
sem sationis vocant, hoc enim mense fere-
re incipit agricola. Dies habet 31.

43. Die I. hujus, ignem novum Vestæ a-
ris accendebant: ut incipiente anno cura de-
nuo servandi novati ignis inciperet. Eodem
quoque ingrediente mense, tam in regia, curiis-
que, atque Flaminum domibus laurea veteres no-
vis laureis mutabantur, ait Macrobius l. 1. Sat.
c. 12. Torrentius ad verba Horatii lib. 1. od.
8. v. 1. Martiis calebs quid agam Calendis?
Ut Saturnalibus, inquit, viri, mense Decembri;
sic Calendis Martiis femina, inter se, & ha-
illis, munuscula missitabant. Neque hoc tantum,
sed & servis olim cœnas tunc apponebant ma-
trone, sicut domini saturnalibus: illæ ut prin-
cipio anni ad promptum obsequium, honore
servos invitarent; hi quo gratiam perfecti o-
peris exsolverent. Auctor Macrobius l. 1. S. c. 12.
Et quod Martias Calendas celebrabant, cau-
sam fuisse Festus tradidit, quod eo die ades
Junonis Lucina coli cepta. Sane Calendas o-
mnes in Junonis ditione fuisse constat. Qua-
re & Calendas ad eam illi dedicatam fuisse mi-

rum non est, & quidem Martius. Mars enim Junonis filius, ut Romana gentis auctor celebratur. Unus ille scrupulus restat, quomodo celebritas illa, qua feminarum erat, ad viros pertinuerit: nam pertinuisse, modo calibes non essent, ostendit Horatius. Sed hic Acron nobis auxiliabitur, qui eodem die maritos pro conservatione matrimonij supplicare solitos tradit: quod sane verisimile est, postquam fœderis raptarum intercessione initi memoriam, eo etiam die celebrasse Romanos, Servius & Ovidius tradiderunt.

Die 14. Martij s. pridie Idus Martias, quando Tybris in campo Martio exundabat, altera Equiria in monte Cœlio celebrata sunt. Ovidius l. 3. Fast.

*Alterâ gramineo spectabis Equiria campo,
Quem Tyberis curvis in latus urget aquis.
Qui tamen ejecta si forte tenebitur unda,
Cœlius accipiet puberulentus equos.*

Die 15. Martij: Ovid. l. 3. Fast. c. m.

*Idibus est Anna festum geniale Perenna,
Non procul à ripis advena Tybri ruis.
Plebs venit, ac virides passim disjecta per herbas
Potat, & accumbit cum pare quisq; sua.
Sub Fove pars durat: pauci tentoria ponunt.
Sunt quibus è ramis frondea facta casa est.*

*Sole tamen vinoq̄, calent, annosq̄, precantur,
 Quot sumunt cyathos, ad numerumq̄, bibunt.
 Invenies illic, qui Nestoris ebibat annos,
 Qua sit per calices facta Sibylla tuos.*

Macrob. c. l. pp. Eodem quoque mense & publice & privatim ad Annam perennā sacrificatum itur: ut annare, perennareq̄, commodè liceat.

44. Die 17. Martij, Bacchanalia s. Liberalia apud Romanos celebrabantur, de quibus prolixè Ovidius c. l. qui vid.

*Tertia post Idus lux est celeberrima Baccho.
 Liba Deo sunt, succis quia dulcibus idem
 Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt.*

De Libero patre vid. Macrob. l. 1. Saturn. c. 18.

Die 19. Martij Quinquatrus incipiebant, à quinque diebus, teste Ovidio, sic dicti, aut quod quinque ab Idibus Martij dierum numerus sit, ut Gellius (l. 2. c. 21.) tradidit, aut quod post diem quintum Idus Martij, ut Varro & Festus. Erant autem dies festi puerorum, teste Juvenal. Sat. X. v. 114, 115.

*Eloquium ac famam Demosthenis, aut Ciceronis
 Incipit optare, & totis Quinquatribus optat,
 Quisquis adhuc uno partem colit esse Minervam.*

I. e. Puer elementarius, qui tenui minervali literis initiatur, in festis Minervæ, sapientiæ præsidis, sibi exoptat eloquentiam Demosthenis aut Ciceronis. Sed contra omnes

omnes interpretes & *Ang. Politianum Miscel. c. 21.* contendit *Jac. Nicolaus Loersis*, intelligi hîc ipsum Magistrum, qui jam primum aperuerit ludum, uniusque discipulî primâ stipe Minervæ consecrata, sperare & optare audet eloquentiam summorum O-ratorum. *Miscell. epiphill. lib. 2. c. 13.*

Et Horatio lib. 2. epist. ult. v. 197.

*Ac potius, puer ut festis quinquatribus, olim
Exiguo gratiô, fruaris tempore raptim.*

i. e. quemadmodum pueri quinquatribus
i. e. quinque diebus festis Minervæ dicatis,
raptim fruuntur eo tempore, quod eis da-
tur, ita & tu &c. De his quoque Ovidius c. l.

*Una dies media est, & sunt sacra Minerva,
Nominaq; à junctis quinô, diebus habent.
Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro:
Causa, quod est illa nata Minerva die.
Altera, tresq; super strata celebrantur arena,
Ensis exercitis bellica lata Dea est.*

Quinto die Quinquatriorum, erat tubilu-
strium, sic dictum, quod eo die in atrio su-
torio tubæ sacrorum lustrabantur. Hinc in-
seq. Ovidius l. 3. Fast.

*Summa dies è quinô, tuba lustrare canora
Admonet, & forti sacrificare Dea.*

Dies 30. Martij Concordiæ, Saluti &
Paci sacer erat. Ovid. l. 3. Fast. v. antepen.

*Janus adorandus, cum quo Concordia mitis,
Et Romana Salus, araq; Pacis erit.*

DE APRILI.

45. Aprilis in antiquato Romuli anno secundus mensis, dictus est, ut Varroni placeat, quasi Aperilis, ab aperiendo, quod Terra, rerum nascentium mater, in Septentrionalibus regionibus tunc sese aparit, & ex sinu suo ad sustentationem animantium victum pariat. Alij tamen volunt dictum, quasi Aphrilem ab ἀφρος, spuma, ex qua ortam Venerem Poëta fabulantur; vel ἀπὸ τῆς ἀφροδίτης i. e. ipsâ Venere, quod ea venusta terram, aut quod Romulus (primum mensẽ à patre Marte) secundum mensẽ à Venere, Æneæ Matre, ex cujus profapia ortus fuit, nominandum, memoriamque ejus hoc pacto conservandum putarit. Ita Macrobius lib. 1. Saturn. c. 12. ubi tamen Cingium (Cincium) & Varronem etiam laudat, affirmantes nomen Veneris ne sub regibus quidem apud Romanos vel Latinum vel Græcum fuisse, nec à majoribus per hunc mensẽ Veneri festum vel sacrificium institutum, & idẽ non posse mensẽ à Venere, sed ab aperiendo, quod hoc
 mense

menſe omnia aperiantur, nominari: Non tamen negare, Verrium Flaccum hoc die poſtea conſtitutum, ut matronæ Veneri ſacrum facerent. *Conf. Seq. num. 47. in initio. Ser- vium item Cenſorinum de D. N. c. 12. & Ovidi- um, qui l. 4. F. ita canit:*

*Venimus ad quartum, quæ tu celeberrima, menſem
Et Satem, & menſem, ſcis Venus eſſe tuos.
Utq; ſero Marti primam dedit ordine ſortem,
Quod ſibi naſcenti proxima cauſa fuit.
Sic Sencrem gradibus multis in gente receptam
Alterius ſolvit menſis habere locum.
Sed Veneris menſem Græjo ſermone notatum
Auguror à ſpūmis eſt Dea dicta maris.
Nec tibi ſit mirum Græco rem nomine dici,
Itala nam tellus Græcia major erat.
Quò non livor adit? ſunt qui tibi menſis honorem
Eripuiſſe ſelint, inſideantq; Venus.
Aprilem memorant ab aperto tempore dictum,
Quem Venus injecta ſendicat alma manu.*

46. Carolus Magnus, teſte Aventi- no Annal. Bojor. l. 4. vocavit hunc menſem den *Oſtermonat* / à paſchate, quod in hunc menſem ſæpius incidit; Germani tamen, peregrina magis deamantes, retinent Lati- num nomen, April. *Zeilerus itin. per Germ. cap. 1.* ſcribit, Veneri nomen *Eſtar* vel *D^o ſtar* fuiſſe, hinc nomen *Eſtermonat* / & *D^o ſtern* / quod Angli *Eaſter* vocant. Angli enim

enim Aprilem appellant, *Esturmonat* i. e. paschalem mensem, idque à Deâ quadam, cui Teutonici populi iu paganismo tempore mensis Aprilis sacrificia fecerunt, quæ, ut dictum, *Eastre* appellata est. *Mitbrid. Gesner. f. 9.* Alias dicitur *der ander Frühlingmonat / der Kälbermonat oder Kühmonat /* Vid. *Ehrenkrantz T. 5. pag. 93.*

47. *Dies 1. Aprilis Veneri sacer.* Unde *Horatius* l. 1. od. 4. v. 5.

Jam Cytherea choros ducit Venus imminente luna.
Ad quem locum *Heinsius*: Tempus præfens sive incipiens, ait, non aliter quam tempus imminens à Græcis, h. e. *ἐπιεσὼς χρόνος* dicitur. Principium autem Aprilis Veneri sacrum erat, ut ex Fastis scimus. Venus ergò choros Calendis suis ducit, quos Græci, qui Calendis carent, imminentem Lunam, *ἰσαμένην σελήνην* h. e. mensis principium aut Lunæ vocant, sive ipsum novilunii tempus, quod imminebat. Luna imminens ergo, novilunium. Uti autem Romani Aprilem Veneri consecraverunt; *Macrob. l. 1. c. 12. § 21. Horat. l. 4. od. XI. v. 15.* ita Græci, teste *Suida*, mensis hujus tutelam Apollini tribuerunt, à cujus festis, quæ

quæ δαργήλια vocant, etiam mensi nomen.

Die 5. Aprilis, ludi Megalenses, in honorem, & in conspectu ante templum Magnæ Matris celebrati sunt. *Livius*: M. Junius Brutus eidem Magnæ matris Deum in palatio dedicavit, & ludos ob eam dedicationem factos, Megalesia appellavit. *Vid. Ovid. l. 4. F. 355. seq. & Hell. l. 2. N. A. c. 24.* ubi refert, principes civitatis, ludis Megalensibus, antiquo ritu, mutitasse, i. e. mutua inter sese dominia agitasse, eosdemque apud Consules jurasse in leges antiquas sumptuarias. Et l. 18. c. 2. scribit, Athenis in Saturnalibus quæstionem inter alia hanc quoque propositam fuisse: *Quam ob causam patria Megalensibus mutitare soliti sint, plebes Cerealibus?*

Die 11. April. Ludi Circenses in honorem Cereris habiti sunt, de quibus laudatus *Ovidius* c. l. v. 391. seq.

Circus erit pompa celebris, numeroq; Deorum,

Primaq; Centosis palma petetur equis.

Hinc Cereris ludi, non est opus iudice causa,

Sponte Deæ munus promeritumq; patet.

Panis erat primis virides mortalibus herba

Postmodo glans nata est - -

Prima Ceres homine ad meliora alimenta vocato,

Mutavit glandes utiliore cibo.

*Farra Dea, micaq̄, licet salientis honorem
 Detis, & in veteres thurea grana facos.
 Et si thura aberunt, unctas accendite tadas,
 Parca bona Cereri, sint modo casta, placent.
 A bove succincti cultros romovete ministri,
 Bos aret, igneam sacrificare suem.*

Cur autem Cereri porca res divina fiat, explicat *Macrob. l. 1. Saturn. c. 12.* quia scilicet segetem, quam Ceres mortalibus tribuit, porca depasta sit.

48. *Idib. Aprilis* Mæcenatis dies natalis, qui Horatio sollemnis & sanctus, vid. lib. ejusdem 4. od XI.

Die 15. April. Fordicalia sacra celebrata sunt, quibus prægnantes boves, ut Varro testatur, immolabantur, ut pecora & frumenta, quæ quasi hoc tempore prægnantia sunt, innocua essent. *Ovidius c. lib.*

*Tertia post Veneris cum lux surrexerit Idus,
 Pontifices forda sacralitate bove.*

*Forda ferens bos est, sæcundaq̄, dicta ferendo,
 Hinc etiam factus nomen habere putant.*

*Nunc gravidum pecus est, gravidæ quoq̄, semine terra,
 Telluri plena victima plena datur.*

Die 21. April. Palilia (præcipuum Romanorum olim festum) in honorem Palis Dæ a pastoribus in agris fiebant, quo die itidem Romulus urbem ad lupos arcendos,
 peccor-

pecorumque partus tuendos fundavit, testibus *Plutarcho in Romuli vitâ, Propertio l. 4.*

Urbs festus erat, dixere Palilia patres:

Hic primus coepit manibus esse dies.

Et Ovidio l. 4. Fastor.

— — — *Palilia poscor,*

Alma Pales fauceas pastoris sacra canenti.

Certe ego de vitulo cinerem stipulamque, fabalem,

Sape tuli plena Februa tostâ manu.

Certe ego transiij postas ter in ordine flammâ

Per flammâ saluisse pecus, saluisse colonos,

Quod sit natalis nunc quoque, Roma tuo.

Apta dies legitur, qua mania signat aratro:

Sacra Pales aderat, inde moventur opus. &c.

Servius notat: Palem Romanis dictam esse Deam pabuli, cui sacra soluta fuerint XI. Kal. Maji, ab hac igitur Dea Palilia dici putantur, sicuti & sidus, quod olim circa XI. Cal. Maj Romæ oriri solebat, *Palilicium* vocarunt, hodie oculum Tauri communiter vocant. Neque v. desunt, qui *Pari- lia* legunt, quod vocabulum à pariendo cum Festo deducunt, An v. XI Cal. Maj. in anno U. C. tempestatem vernam haberit, prout hodiè obtinet; V. in Chronol. meâ Part. 1. sect. 3.

49. Die 25. April. Rubigalia celebrata sunt in honorem Deæ Rubiginis, ut sine

noxa & æruginè frumenta crescerent. De
iisdem Ovidius cit. lib. extremo :

*Flamen in antiquæ lucum Rubiginis ibat,
Extæ canis flammis, extæ daturus ovæ.
Est canis (icarium dicunt) quo fidere mæto
Tota sinit tellus, præcipiturq; seges.
Pro cane fidere, canis hic imponitur aris*

Die 28. April. Floralia habita sunt, in honorem Floræ, quibus ludi Scenici exhibiti sunt, in variorum vestium usu, nam & flores varii sunt. Idem dies sacer quoque fuit Vestæ Palatinæ; nam in palatio, domo Augusti, templum Vestæ fuit, eo die lustrandum. *Dionys. Halicarnass. l. 2.* tradit, Numam Pompilium ædem huic Vestæ extra Romam condidisse, quadratam, medio inter Capitolium & palatium, loco, unis mœnibus, utroque colle circumcluso: quæ quidem rotunda fuit, eo quod terra, quæ rotunda est, Vestæ dicta sit, quod rebus omnibus vestiatur, aut, quod vi sua stet. Vid. supra § 43. & infra § 56. Ovidius l. 4. F. extremo :

*Mille Genit variis florum Dea nexa Coronis,
Scena joci morem liberioris habet.
Exit & in Majas festum Florale Calendas.
Aufert Vestæ diem, Cognati Vestæ recepta est
Limine, sic justis constituere patres.
Phœbus habet partem, Vestæ pars altera cessit,
Quod superest illis, tertius ipse tulit.*

DE MAJO.

50. Quintus anni Juliani mensis, Major est, in antiquo anno Romano aliàs tertius, sic dictus à majoribus sive senioribus, quibus à Romulo dicatus erat. Cum enim urbem à se conditam incolarum frequentia crescere & augeri percuperet, populumque in eâ in majores & minores distinxisset, mensem Majum majoribus, quibus proximum à Diis honorem Romulus tribuendum censebat, consecravit, quæ est opinio *Fulvij in Fastis, & Ovidij lib. 5. Fastor v. 73.*

Hinc sua Majores tribuisse Vocabula Majo.

Et Numitor dixisse potest, da Romule mensem

Hunc senibus —

Mensis erat Majus, majorum nomine dictus.

Lib. 6. Fastor. — Populum digessit ab annis

Romulus, in partes distribuitq; duas.

Hac dare consilium, pugnare paratior illa est,

Hac atas bellum suadet, at illa gerat.

Sic statuit, mensesq; nota secrevit eadem

Junius est Junennum, qui fuit ante, Senum.

Idem tamen v. 25. lib. 5. Fastor: videtur Majum deducere à Majestâ seu Majestate, quæ fuit Dea Magistratum. Sunt, qui di-

ctum

Etum volunt à Jove, qui Majus apud Tusculanos appellatus est à magnitudine scil. & majestate. *Censorinus de D. N. c. 12.* & *Pompejus Festus de V. S.* à Majâ, Mercurii matre, quibus Mercatores hoc mense sacrificarunt, dictum cupiunt. Vid. *Macrob.* qui *lib. 1. Saturn. c. 12.* de nomine mensis hujus fusè disserit.

51. Germanis vocatur hic mensis May, quod vel ipsum Latinum est, vel Germanicum *May* / à frondibus, quia tunc est viror omnium plantarum. Hinc est *Meisland* / qf. *Meienland* / quod fuerit urbs ista condita in regione, virore camporum delectabili. *Meien* sunt virides frondes betularum, quibus verno tempore ædes ornantur: Inde *Meien* est defecare virides plantas, *Gras meien* / *Roeken meien* &c. Veteribus dicebatur *Trimelci*, vel *Trimilchi* / quod tunc vaccæ ob pascuorum ubertatem ter mulgerentur. *Tri. i. e. tria & melchen* mulgere. Aliàs appellatur *der dritte Frühlingsmonat* / *der Pfingstmonat* / & à *Carolo M. der Wonnemonat* / qf. lætitiæ

mensis

mentis & amœnitatis. Nam **Bonne** vel **Bunne** amœnitas est. At enim

Omnia tunc florent, tunc formosissimus annus.

Dies habet 31.

52. *Dies 1. Maij. Bonæ divæ, & Lari-
bus præstitibus sive præsidibus sacer erat.
Autor enim est Cornelius Labeo (verba sunt
Macrob. l. 1. Sat. 12.) huic Majæ i. e. terræ,
adem Calendis Maiis dedicatam, sub nomine
Bonæ deæ: Et eandem esse Bonam deam Et
terram, ex ipso ritu occultiore sacrorum do-
ceri posse confirmat. Hanc eandem, etiam
Bonam, Faunamq;, Opemq;, Et Fatuam Ponti-
ficum libris indigitari. Vid. Jeq. Et paulò an-
te: Cingius mensem nominatum putat à Majâ,
quam Vulcani dixit uxorem: argumentog, uti-
tur, quod flamen Vulcanalis Calendis Majis
huic Deæ rem divinam facit. Sed & Lari-
bus præstitibus Calendis Majis aram esse
constitutam, affirmat Ovidius l. 5 Fast. v. 129.*

Præstitibus Majæ Laribus Videre Calenda.

Aram constitui. - -

Hi existimati sunt Dii domestici, qui ad ur-
bis commoda vigilare dicuntur inter com-
pita. Ab aliquibus etiam dii agrorum vo-
cati. Unde **Tibullus**:

*Vos quoq̄, felices quondam nunc pauperis agri
Custodes fertis munera & vestra lares*

Et quia Compita Laribus sacrata fuerunt; Compitales Lares quoque dicti, quod, ut inquit Ovidius, *compita servant*. Videntur autem hi ipsi Dii (sive genios eos dici malis) quos cujusque nostrum custodiae ac tutelae praefectos esse credebat antiquitas, diversis nominibus appellari. Cum propitii ac benigni, Lares; & quidem Praestites cognomine, vel quod praesto sint, ut custodes esse decet, vel, ut inquit Ovid. l. 5. F. *Quod praestent oculis omnia tuta suis*. Cum verò infesti vel sceleribus offensi, larvæ ac κακοδαίμονες & genii mali; qui terrorem atque insaniam immittere credebantur, cultu ob id aliquo ac sacrificiis placandi, & quidem porco piaculari. Denique Manes quoque dicuntur, cum obsunt: vel quod ab inferis, h. e. diis manibus, qui tales essent, venire credebantur: vel ἀπὸ τῆς μανίας, ut mater ipsa tunc Mania, alioqui Lara vel Larunda: quamquam & à manando dictam volunt, sive bona sive mala inde dimanent. Postremò, quia Lares, nempe appositi nobis custodes sive genii, à funere
etiam

etiam superesse putabantur, factum inde, ut Lares etiam dicerentur hominum animæ redactæ in numerum deorum, auctore Festo. *Vid. Had. Junij Animadv. l. 4. c. 7. Turneb. l. 7. c. 10. l. 26. c. 2. Varro l. 8. Lat Ling. Macrobl. l. 1. c. 4. extrem.* (verba Prætoris, ait, hæc sunt: Die noni post Calend. Jan. Quiritibus compitalia erunt) & *l. 1. c. 7.* ubi agit de communi Maniæ cum Laribus cultu. *Horat. item l. 1. sat. 8. v. 30. l. 3. od. 23. v. 4.* ubi dicit, Lares exiguis sacrificiis i. e. hornâ fruge, avidaque porca Lares placatos. Quo cum consentit *Propertius l. 4. eleg. 1.*

Parca saginati lustrabant compita porci.

Quod ergo porca dicit Horatius, enallagen esse arbitror pro porco; porca n. Cerei immolabatur. Hinc voce porco utitur *l. 2. sat. 3. v. 165.* Immolet æquis hic porcum Laribus. conf. infra § 72. Sed & Floralia priori mense incepta, iterata & continuata hinc esse, n. 49. dictum Ovid. l. c. qui pluribus vid.

Mater ades florum, ludis celebranda jocosis,

Distuleram partes mense priore tuas.

Incipis Aprili, transis in tempora Maji:

Alter te fugiens, cum venit alter, habet.

Die 9. Maji, sacra Lemuria habita, olim

lim Remuria à Remo dicta, de quibus Ovid.
l. 5. Fast.

*Ritus erit veteris nocturna Lemuria sacri,
Inferias tacitis manibus illa dabunt.
Annus erat brevior, nec adhuc pia sebrua norant,
Nec tu dux mensum Fanciformis eras.
Romulus obsequitur, lucemq; Lemuria dixit
Illam, qua positis justa feruntur avis.
Mox etiam Lemures animas dixere silentum.*

De reliquis festis Maji, in Calendario notatis, ita Ovidius breviter, c. lib. 4. Fast. extrem.

*Ad Fanum redeat, qui quarit Agonia quid sint,
Que tamen in fastis hoc quoq; tempus habent.
Proxima Vulcani lux est, quam Lustria dicunt,
Lustrentur pura, quas facit ille, tuba.
Quattuor inde notis locus est, quibus ordine lectis,
Vel mos sacrorum, vel fuga regis inest.
Nec te prætereo populi Fortuna potentis
Pubuca, cui templum luce sequente datum est.*

DE JUNIO.

53. Junius, quartus in anno Romuli, sed sextus in anno Juliano, à junioribus dictus est, ut præcedens à majoribus, teste Ovidio l. 5. Fast. v. 78.

Junius à juvenum nomine dictus adest.

Idem tamen l. 6. Fast. à Junone deducit, quæ apud ipsum inibi sic loquitur:

*Ne tamen ignores, vulgiq; errore traharis,
Junium à nostro nomine nomen habet.*

Cum

Cum quo etiam faciunt *Censorinus de D. N. c. 12.*
& Cingius apud Macrob. l. 1. c. 12. inde, quod Junonius apud Latinos vocitatus, diuque apud Aricinos Prænestinosque hac appellatione in fastos relatus sit, sicq; postea detritis literis, ex Junonio Iunius dictus. Nam & ædes Junoni Monetæ Calendis Juniis dedicata; & festum eodē die celebratum, maximiq; porro honores Junoni eo mense exhibiti sunt. At alij vicissim, teste Macrobio, à Junio Bruto, primo Consule Romano appellatum volunt, quod iste Calendis Junij, pulso Tarquinio, Cranæ s. Carneæ deæ in Cœlio monte sacrum fecerit, & templum dicaverit. Germani neglecta Latina voce nominant den Brachet/vel Brachmonat / quasi repastinationis & fractionis mensem, quod eo agrorum & vinearum repastinationes & novationes fieri soleant. Belgæ vocant den Weidmonat i. e. pascualem mensem. Alias quoque dicitur der erste Sommermonat / Bachsmonat / Linsdenmonat & Mistmonat. Dies habet 30.

54. Die 1. Junij, festum Cranæ celebratum fuit, quæ colebatur contra incantationes. Crane enim derivatur ἀπὸ τῆς κρᾶσι-
 ω, perficio, matureasco, à maturescenti-

bus segetibus, quod illa culta fuit, ut maturefcerent feliciter segetes, & incantationibus non impedirentur. *Macrobius* c. 1. *Calendæ Junia*, ait, *Fabaria* vocantur: quia hoc mense adulta faba divinis rebus adbibentur. *Ovidius* l. 6. *Fast.* canit:

*Prima dies tibi Carna datur: dea Cardinis hac est,
 Numine clausa aperit, claudit aperta suo.
 Inde sata est nymphæ; Grænen dixere priores
 Arce quoq; in summa Junoni templa Moneta -
 Lux eadem Marti festa est, quem prospicit extra
 Appositum tecta portæ Capenna via.
 Te quoq; tempestas meritam delubra fatemur,
 Cum bene est Corsis obruta classis aquis.*

Vid. plura apud *Ovidium* & *Macrobius*, qui plura ibidem de *Carneæ* deæ cultu. Festum *Tempestatis* ideò celebrabatur, quod ejus ope classis *Claudii* servata esset, dum trajiceret ex *Corficâ* in *Sardiniam*. *Conf. Spræc.*

55. *Dies 5. Junij*, sacer erat *Dio Fidio*, unde *Ovidius* l. 6. *Fastor*:

Quarebam, Nonas Sanco, Fidio ne referrem.

Fidius erat *Deus* & præses fidei, hinc gentiliùm juramenta: *Per Deum Fidium*, & *Me Deus Fidius*: ut *me Hercules*. &c.

Die 8. Jun. *Ludi piscatorii* in ripa *Tyberis* habiti sunt, de quibus sæpius laudatus *Ovidius* l. 6. *Fastor*:

*Tunc ego me memini ludos in gramine Campi
 Aspicere, & disci lubrice Tybris tuos.*

*Festa dies illis, qui lina madentia ducunt,
 Quisq; regunt parvis ara recurva cibus.
 Mens quoq; numen habet, Mentis delubra videmus
 Vota metu belli perfide Poene tui.
 Spem metus abstulerat, cum Mentis vota Senatus
 Suscipit, & melior protinus illa venit.
 Aspicit instantes mediis sex lucibus Idus
 Illa dies, qua sunt vota soluta Dea.*

56. Die 9. Jun. Vestalia celebrata sunt,
 de quibus Ovidius fusè lib. 6. Fastorum, qui
 ibidem videatur.

*Vesta fasce, tibi nunc operata resolvimus ora
 Dena quater memorant habuisse Palilia Romam,
 Cum flammæ custos ade recepta Dea est.*

Operata dixit pro operantia, sacrificantia;
 omnes n. veteres Græci & Latini usurpa-
 runt illa verba facio, operor, pro sacrifi-
 care; Philipp. Melancht. ad h. l.

*Vesta eadem est & terra, subest sigil ignis utriq;
 Stat & terra sua, & stando Vesta vocatur
 — Et Tellus Vestaq; nomen inest.*

Nec tu aliud Vestam, quam & sam intellige flammam.

Sumitur ergò, ut colligitur ex his locis, Ve-
 sta interdum pro igne, quandoque pro terra.

Die 11. Jun. Festum Matutæ seu Leu-
 cothæ celebratur, cui nomen erat Matra-
 lia, scil. in sacello fortunæ, de quibus Ovi-
 dius l. 6. F. fusè.

*Ite bonæ matres, Vestrum Matralia festum,
 Fluvioq; Thebana reddite liba Dea.*

*Huc tibi luce ferunt Matuta sacra parenti
 Sceptiferas feræ templâ dedisse manus*

57. Dies 20. Jun. Summano Deo sacra-
cratus fuit, de quo Ovid. l. c.

*Reddita, quisquis is est, Summano templa feruntur,
Tu cum Romanis Pyrrhe timendus eras.*

Dies 24. Jun. Forti Fortunæ sacra fu-
it, de quâ Ovid. l. 6. F. extremo :

*Quam citò venerunt Fortuna Fortis honores?
Post Septem lucas Junius actus erit.
Ite, Deam lati Fortem celebrate Quirites,
In Tyberis ripâ munera regis habet.
Pars pede, pars etiam celeri decurrite cymbas,
Nec pudeat potos inde redire domum.
Forte coronata juvenum confordia lynces,
Multaq; per Medias Vina, bibantur aquas.
Plebs colit hanc, quæ qui posuit, de plebe fuisse
Fertur, & ex humili sceptrâ tulisse loco.
Convenit & servis, serâ quia Tullius ortus
Constituit dubia templa propinqua Dea*

DE JULIO.

58. Julius, olim Quintilis appella-
tus, quod in anno Romuli quintus à Martio
mensis esset, ad julii usque Cæsaris Con-
sulatum V. qui incidit in annum Julianum se-
cundum: ut ut quintus mensis anni statim
sub Numæ (vel ut nonnulli volunt, Tar-
quinii regno) esse desierit, & septimus fa-
ctus sit. Eo verò ipso Consulatum, in ho-
norem Julii Cæsaris, primi monarchæ Ro-
mani,

mani, julius appellatus est, legem ferentē
 M. Antonio Marci filio Consule, quod hoc
 mense ad quartum Idus Quintilis Julius
 procreatus sit. *Origanus ex Macrob. l. 1. sat.*
12. Censorin. de D. N. c. 22. Carolus M. teste
Aventino Annal. l. 4. ei novum nomen, idq;
 naturæ congruens in German. linguâ im-
 posuit, *der Heymonat* / à fœnilectione &
 collectione, quæ tunc incidit. Alias voca-
 tur, *der ander Sommermonat* / *Hundmonat* /
Fliegenmonat & *Badmonat*. Dies habet 31.

59. Die 6. Jul. Ludi habiti sunt in ho-
 norem Apollinis, qui DEUS & præses va-
 tum, medicorum & sagittariorum creditur.
 In Apollinem scripsit carmen Anacreon, in
 quo Φοῖβον Phœbum i. e. solem vocat, cui
 sacrum tribuit, citharam, laurum & tripod-
 em. De qua aureâ trip. à Vulcano stru-
 cta, *vid. Lucian. in dial. Conf. Horat. lib. 1. od.*
21 Macrob. l. 1. c. 17.

Die 7. Jul. Festum Ancillarum cele-
 bratum est Romæ, quo die mulieres Romæ
 sacrificabant junoni, propter singulare an-
 cillarum meritum in Remp. Romanam,
 quod *Macrob. l. 1. Saturnal. c. 11.* his verbis
 exponit: *Nonis Julij, ait, diem. Festum esse*

ancillarum, tam vulgò notum est, ut nec origo, nec causa celebritatis ignota sit. Junoni n. Caprotine die illo liberae pariter ancillaeq; sacrificant sub arbore caprifisco: in memoriam Benigna virtutis, quae ancillarum animis pro conservatione publica dignitatis apparuit. Nam post urbem captam, cum sedatus esset Gallicus motus: res verò publica esset ad tenue deducta: finitimi opportunitatem invadendi Romani nominis aucupati, praefecerunt sibi Posthumum Livium Fidenatium Dictatorem. Qui mandatis ad senatum missis postulavit: ut si vellet reliquias suae civitatis manere, matres familiae sibi, & virgines dederentur. Cumq; patres essent in ancipiti deliberatione suspensi, ancilla nomine Tutela, seu Philotis, pollicita est, se cum ceteris ancillis sub nomine dominarum ad hostes ituram: Habitumq; matrum familias, & virginum sumpto, hostibus cum prosequentium lachrymis ad fidem doloris ingesta sunt. Quae cum à Livio in castris distributa fuissent, viros plurimo vino provocaverunt, diem festum apud se esse simulant. Quibus soporatis, ex arbore caprifisco, quae castris erat proxima, signum Romanis dederunt. Qui cum repentina incursione superassent: me-

mor

mor beneficii senatus omnes ancillas manu iussit emitti, dotemq; eis ex publico fecit: Et ornatum, quo tunc erant usæ, gestare concessit: diemque ipsum Nonas Caprotinas nuncupavit, ab illa caprifico, ex quâ signum victoriæ ceperunt: sacrificiumque statuit annua solennitate celebrandum, cui lac, quod ex caprifico manat, propter memoriam facti præcedentis, adhibetur.

Die 14. Jul. Incipiunt dies Merkedini, Deæ Merkedonæ sacri, qui etiam inter festos dies censentur, sic a. dicti, quod illis diebus mercedes exigentur ac solverentur, docente Scaligero ex Festo & Tertulliano.

60. Die 20. Jul. Lucaria festa celebrata sunt, sic dicta à lucis seu nemore arboribus denso, sito inter viam salariam & Tyberim, in quo fiebant. Cum n. à Gallis Romani victi in lucum hunc confugerunt, & persequentium manus hic occultati salvi evasissent, inde quotannis in memoriam facti festa celebrarunt, quæ à loco Lucaria appellaverunt. Omnes a. lucos Dianæ sacros fuisse asserit *Turnebus l. 5. c. 4. l. 20. c. 8. 30. 27.*

Die 23. Jul. Neptunalia, sive sacra Neptun

peuni, maris Dei, celebrata sunt, ad quæ
Lyden invitat *Horatius l. 3. od. 28.* his verbis:

Festo quid porius die

Neptuni faciam? prome reconditum

Lyde strenua Cascubum

Manusq; adhibe Vim sapientia.

Ad quem locum vid. *Torrentius*. Memi-
nit ejus festi quoque *Plinius l. 18. c. 13.* Un-
decimo Cal. Jul. Neptunalia fuisse celebra-
ta, vult *Gyraldus*, cui autem contrarium,
nobiscum sentiens, *Georg. Fabricius Chem-
nicensis ad c. l. Hor.* statuit.

DE AUGUSTO.

61. Augustus octavus anni Juliani
mensis est, Sextilis olim appellatus, quod
sextus à Martio numeraretur, nomenque
id accepit ex SC. anno Juliano 38. Martio
Censorino, & Asinio Gallo Consulibus. Eo
enim anno cum Augustus consulatum pri-
mum iniisset, bellis civilibus finem impo-
suisset, &c. eodemque insuper Calendari-
um à Pontificibus corruptum emendaret,
& 12. annos sine intercalatione transigen-
dos decerneret, vid. *Macrob. l. 1. Sat. c. 14.*
extrem. decretum insimul fuit, ut in hono-

rem Augusti mensis sextilis Augustus vocaretur. Hinc Poëta:

*Mensis, qui quondam Sextilis jure vocatus
Augusti nostro tempore nomen habet.*

Et Mantuanus:

*Augustus jam mensis adest, à Casare nomen
Transit ad mensem: quod res sub principis hujus
Auspiciis Romana foret sublimiter aucta.*

Conf. quæ supra diximus, Censorin. it. de D. N. c. 22. & Macrobi. l. 1. sat. c. 12. qui verba Senatus Consulti hæc refert: Cum Imperator Caesar Augustus mense Sextili, & primum consulatum inierit, & triumphos tres in urbem intulerit: & ex Janiculo legiones deductæ, secutæq; sint ejus auspicia, ac fidem: & Ægyptus hoc mense in potestatem populi Romani redacta sit: finisq; hoc mense bellis civilibus impositus sit: atq; ob has causas hic mensis huic imperio felicissimus sit, ac fuerit: placere senatui, ut mensis Augustus appelletur. Idem plebiscitum factum ob eandem rem, Sex. Pacubio tribuno plebem rogante. Vulgo Germanis dicitur der Augst / vel Augstmonat; Carolo M. der Erndtmonat / quasi messium mensis: aliàs der dritte Sommermonat / Wendenmonat / Dhsimonat. Dies habet 31. 62. Sacros dies in Augusto habuerunt

runt Spes, Hercules, Portunus, cujus etiam meminit Ovidius l. 6. Fast. Vinalia quoque nonnulli in Augusto ponunt, sed in Aprili refert l. 4. Fast. af.

*Cur igitur festum Veneris Vinalia dicant,
Quaritis? Et quare sit Jovis ista dies.
Venerat Autumnus calcatis sordibus uestis,
Reddantur merito debita Vina Jovi.
Dicta dies hinc est Vinalia: Juppiter illa
Vendicat, Et festis gaudet inesse suis.*

Fuerunt ergo Vinalia festa, quibus Jovi novum vinum libarunt veteres.

Die 21. Aug. Consualia celebrata sunt in honorem Consi, cujus itidem mentionem facit Ovidius l. 3. Fast. Erat a. Deus consiliorum, qui templum habebat sub tecto circo, quo significabatur, consilium debere esse tectum & occultum.

63. Die. 23. Aug. Volcanalia celebrata sunt in honorem Vulcani seu Volcani, sic dicti à volando, quod canus per aëra volet. Sumitur enim hic Deus (à veteribus Romanis creditus Jovis & Junonis filius) pro ipso igne & flammâ, *Æneid. l. 2. Et 5. Horatio audit ardens, lib. 1. od. 4.*

*— dum gradet Cyclopum
Vulcanus ardens urit officinas.*

Volcanaliorum meminit Columella lib. 11.

ubi

ubi refert, Augusto circa Volcanalia tertiam rationem esse.

Dies 25. Aug. Sacer fuit Opi in Capitolio, quæ fuit Cœli ex Vesta filia & Coniux Saturni. Vocatur etiam Rhea Græcè à *ῥέω*, & putatur Terra esse, quæ omnium rerum affluens sit. Item Cybele à monte Cybelo, ubi sacra ejus primò instituta. A quibusdam etiam Vesta nuncupatur. Alii tamen scribunt Vestam esse Saturni filiam ex Ope, custodem foci & præsidem. Sed quicquid sit, commutantur Ops & Vesta, & pro Terra sumuntur. Conf. infra § 72. *Macrob. l. 5. Saturnal. c. 22.* ad versum Virgilij:

*Velocem intereà superis in sedibus Opin
Unam ex virginibus sociæ sacræq; cateræ
Compellabat. — — —*

Opin, inquit, comitem & sociam Diana: Sed addit: In his versibus Opis non comes Diana, sed Diana ipsa vocata est. Vid. Macrob. ipse pluribus. Notandum verò, primam in Opis produci; sed in Opis ab Ops corripiti.

DE SEPTEMBRI.

64. September, septimus à Martio in anno Romuli mensis, nomen cum sequentibus à numero accepit. Plurimi sic dictum volunt,

volunt, quasi sit septimus imber, quod hoc & sequentibus mensibus plurimi imbres cadere soleant. *Martinius* tamen in lex, voc. December, statuit, Ber esse adjectionem syllabicam, quando enim derivaretur ab imbre, non October, sed octimber dicendum foret. Rectè hoc *Martinius*: nam i. inepta est ratio compositionis ex imbre, si rem ipsam respicias. Nec retinetur. i. Septimber, Novimber. *Conf. Smidius in Hypomn. Gramm. pag. 117. & 126. Svetonius in vitâ Tiber c. 26.* refert, intercessisse Tiberium III. Rom. Imp. privignum & successorem Augusti, apud populum, & quò minus in acta sua juraretur: *Et ne mensis September Tiberius: October Livius vocaretur.* Sed postea extiterunt tamen, qui eum à Germanico Drusi, qui Tiberii frater fuit, filio rem Romanam adversus Germanos acriter defendente, Germanicum appellarunt. Imò & ipsum Neronem nomine suo mensem appellari voluisse, mensemque Aprilem Neronem vocasse, scribitur. Secuti sunt Claudius, qui Majum Claudium; Domitianus, qui Septembrem Germanicum, & Octobrem Domitianum; Commodus, qui Septembrem

Commo-

Commodum nuncuparunt. In Antonini Pii & Faustinae honorem, Septembrem Antonium & Octobrem Fastinum appellandos Senatus Romanus decrevit. V. Gyrard. Lamprid. Suid. Alex. Neap l. 3. c. 24. Verum hæc nomina omnia postmodum abolita sunt, hicque mensis September pristinum nomen recepit. *Macrobius ait. l. 1. c. 12. extremo: Mensis September principalem sibi retinet appellationem, ex Germanici appellatione.*

65. Carolus Magnus, teste Aventino l. 4. Annal. Boj. eundem vocavit den *Witenmon* / vel *widmonat* / i. e. mensem Venatorium, quod tum cervi jam pingues & salientes capiantur. Hodie tamen vocamus den *Herbstmonat* / quod autumnum inchoet. Alias appellatur *der Finckenmonat* / *Hirschmonat* / *Schaaffmonat* / à Belgis *der Spiltemonat* / à frumenti genere, quod speltam vocant, à Danis *Gerstmonat*. Dies habet 31.

Die 2. Septembr. Quasi fatali die Alexandria ab Augusto capta fuit, quo Drusus Vindelicos superavit, tertio lustro i. e. quindecim annis interposito. *Dion Cassius lib. 51. pugnatum quidem scribit apud Actium IV.*

Non.

Non Septembris A. U. C. DCCXXIII. Sed quo sequentis anni die Alexandria capta sit, non exprimit. Tantum addit, inter alios post victoriam Actiacam Augusti honores, sancitum fuisse, ut dies, quo capta erat Alexandria, festus haberetur.

In hunc mensem incidit Augusti Imp. natalis, teste Svetonio, in ejus vitâ cap. 31. qui diem etiam cap. 5. exprimit: Natus est, inquit, Augustus M. Tullio Cicerone, & Antonio Coss. IX. Cal. Octobris, paullo ante solis exortum, regione Palatii, ad capita bubula: ubi nunc sacrarium habet, aliquantò postquam excessit constitutum. Nam ut senatus Actis continetur, cum C. Lectorius adolescens patricii generis, in deprecanda graviore adulterii pœna, præter ætatem atq; natales, hoc quoq; patribus conscriptis allegaret, se esse possessorem, ac velut adituum soli, quod primum D. Augustus nascens attingisset: peteretq; donari, quasi proprio suo, ac peculiari Deo; decretum est, ut ea pars domus consecraretur.

DE OCTOBRI.

66. October, octavus à Martio in anno Romuli mensis, decimus in anno Juliano est, quem

quē nomine suo vocavit, Flavius Domitianus XII. Imp. Rom. Suetonius in ejus vitā c. 13. Post duos triumphos, ait, Germanicicognomine assumpto, Septembrem mensē, & Octobrem, ex appellationibus suis, Germanicum Domitianumq; transnominavit: quod altero suscepisset imperium, altero natus esset. Eundem quoque mensē æri & saxi isto suo nomine insculpi curavit. Octobrem, ait Macrobius c. 1. suo nomine Domitianus invaserat; sed ubi infaustum vocabulum cognovit, ex omni ære vel saxo placuit eradi, menses quoq; usurpatione tyrannica appellationis exuti sunt. Cautio postea principum ceterorum diri ominis infausta vitantium, mensibus à Decembri usq; ad Decembrem prisca nomina reservavit. Conf. Euseb. Chron. ad ann. 7. Domit. A Carolo M. dictus est der Weinmonat / à vindemiā, quæ in regionibus minus calidis tunc incidit. A capturâ avium posset appellari der Vogelmonat / à flatu ventorum, qui tunc copiosissimi & validissimi sunt, der Windmonat; à serendo & saginando der Saatmonat / Viehmonat / Ochsenmonat. Veteribus Saxonibus dicebatur den Wintyrfallith; apud Bedam Wintirfallit / quasi hiems incidit. Finis enim

nim videtur esse à falleni. e. cadere, quia hiemale frigus in eum incidere solet.

67. Die 11. Octobr. Meditrinalia celebrata sunt in honorem Meditrinæ, medicamentorum Deæ. Sacra huic fecisse Romanos ferunt, potando mustum, cum hoc præfamine: *Vetus novum vinum bibo, veteri novo morbo medeor.* Videtur ergo, probasse tunc vetus & novum vinum ad medicinam conducens.

D. 12. Octobr. Augustalia celebrata sunt in honorem & memoriam Augusti, Romam redeuntis post tot captas urbes, tantasque victorias obtentas, sunt etiam vivo huic honores exhibiti: Vid. *Horat. l. 1. od. 12. l. 4. od. 5. v. 35. od. 14. 4. od. 15, 25. & Ovid. l. 5. Fast. 4f.*

D. 19. Octobr. Armilustrum, festum procul dubio in honorem Martis habebatur, quo Romani sacra armati faciebant, operantesque tubis canebant. Unde Ovidius l. 5. Fastor:

*Fallor an arma sonant? non fallimur, arma sonabant,
Mars venit, & veniens bellica signa dedit.*

Hoc mense quoque *Vertumnalia* celebrata sunt in honorem Vertumni, Dei mercatu-

ræ; ac *Fontanalia*, quibus omnes fontes & scaturigines fertis coronabantur.

DE NOVEMBRI.

68. November, in anno Romuli nonus à Martio mensis, in anno Juliano undecimus, temporibus Ant. Commodi *Exuperatorius* dictus est, non quod reliquos dierum numero exuperaverit, cum, ut nunc, 30. dies tantum habuerit, sed quod adulantes Commodum eum hoc nomine appellaverint. Honoris enim Commodi gratia; utut Imperator fuerit crudelitate, avaritiâ, & libidine nulli secundus, Augustum mensem Commodum, Septembrem Herculeum, Octobrem Invicium, Novembrem Exuperatorium, & Decembrem Amazonium, quibus nominibus ipse imprimis delectatus est, nominarunt. *Origanus Tom. 1. Ephem.* A Carolo M. appellatus est *der Wintermonat* / teste Aventino l. 4. hiemem n. attingit & adducit. Unde Hieronymus: *November hiemis exordium est; in quo æstatis calore consumpto omnis terra virore nudatur, & mortalium corpora contrahuntur.* A veteribus Saxonibus *der Blothmonat* / quasi sanguinarius mensis, aliàs *der Schlachmonat* / quasi jugulatori-

latorius mensis, à solenni jugulatione pecorum, boum, porcorum, ovium, &c. quasi sit tempus bovicidii. Dies habet 31.

69. Hoc mense Vacunæ Deæ à Romanis sacrificatum esse, scribit *Pontanus* progymn. vol. 3. part. 2. pag. 1131. *November*, ait, *in tutela Diana fuit, quo Jovi epulum celebrabatur, & videntur acta Vacunalia. Vacuna scilicet, Dea vacantium & otiosorum, agricola soluti jam post fruges invecctas & conditas laboribus, per hiemem sacris operabantur.* Mentionem facit *Vacunaliõrum* *Ovid.* 1.6. *Fast.*

*Nunc quodq; cum sunt antiqua sacra Vacuna,
Ante Vacunales stantq; sedentq; focos. &c.*

Tradunt quoque nonnulli, & *Mercurialia* in honorem Mercurii; ac *Brumalia* in honorem Bromi vel Brumi, i. e. Bacchi agitata esse. *Conf. Alex ab Alex. & Jos. Scaligerum.*

DE DECEMBRI.

70. December, primus hiemaliũm mensium, decimus in anno Romuli, postremus & duodecimus in anno Juliano. A Carolo M. appellatus est *der Heiligmonat* quod Catholica Ecclesia totum hunc mensem meditationibus sacris de CHRISTO, ejusque adventu sacrum esse voluerit. A-

liàs

liàs vocatur *der Christmonat*/ quod hoc mense, & quidem die 25. Decembris (uti ex sanctâ Antiquitate id demonstratum dedi *Pentad. IV. Miscell. quæst. 2. Conf. Chronol. mea sect. 3.*) CHRISTUS, nostra salus sit editus & natus. Item *der Wolfmonat*/ quasi Luparius mensis, quod lupi eo maximè circumcursitent. In hunc mensem incidunt Halcyonia, in quibus Halcyon, intensissimo frigore grassante, ova parit, & excludit circa Brumam, ante quam 7. dies, & postquam 7. dies vastum & impetuosum mare in Sicilia in earum avium gratiam, Deo iubente, maximè tranquillum est. Vide naturæ scrutatores, Aristotelē, Plinium &c. Dies habet 31.

Die 5. Decembr. Faunalia celebrata sunt, in honorem Fauni, quorum mentionem facit *Horatius* his verbis lib. 3. od. 18. quem *Conf. 1. 2. od. 17, 28.*

*Ludit herboso pecus omne campo,
Cum tibi (Faune) Nonæ redeunt Decembres:
Festus in pratis vocat otioso
Cum bove pagus.*

71. Die 17, Decembr. Saturnalia celebrata sunt in honorem Saturni, de quibus omnium fuisse Macrobius in lib. 1. Saturnaliorum. Scribit autem (multa in pauca contrahemus) Macro-

buis (1.) Saturnalia vetustiora esse Urbe Romanâ,
 & ante Romam in Græciâ cœpisse, idque ex anna-
 libus Accii probat, lib. 1. Saturnal. c. 7. extremo.
 (2.) Tres præcipuè causas exponit, de Saturnali-
 orum origine c. cap. (3.) Diu humanis capitibus
 Ditem, & virorum victimis Saturnum placatum es-
 se, propter oraculum. Hoc hostiarum humana-
 rum sacrificium confirmat Ovidius l. 5. Fastor:

Falsifero libata seni duo corpora gentes

Mittite, qua Thuscis excipiantur aq̄is &c.

(4.) Herculem Romanorum posteris svalisse, ut
 faustis sacrificiis infausta mutarent, & aras Satur-
 nias, non mactando viros, sed accensis luminibus
 excolerent. Additque, inde Sigillariorum origi-
 nem (de qua Cap. 11.) & morem per Saturnalia
 missicandis cereis cœpisse. Item, Compitalibus ta-
 lem sacrificii permutationem (ubi pro familiarum
 sospitate pueri mactabantur Deæ, matri Larium)
 factam, effigiesque suspensas esse. Harum aliam la-
 neam, alteram ceream fuisse testatur Horatius lib. 1.
 Sat. 8. v. 30. forte quia, ut Melanchthon ad Ovid.
 ait, duo fuerunt Lares præstites. Torrentius* ad
 Horat. scribit, quod lanæ effigies Compitalibus
 noctu datæ in compita, tot numero, quot liberos
 homines precabantur salvos esse. (5.) Fuisse fe-
 stum servorum, quò famuli cum dominis epulati
 sint c. 7. & 10. extr. quò servis Domini cœnas ap-
 posuerint cap. 12. quorum honore Saturnum dele-
 ctari c. 10. Conf. seq. c. XI. Idem quoque ex *Dione*
notum est, qui l. 60. scribit de Narcisso Claudii Cæ-
 saris liberti, quod, missi illo ad exercitum Plautii,
 ascen-

ascensoque ducis tribunali, acclamarint tritum hoc:
*Jō Saturnalia. Moris enim erat, inquit Dion, ut
 Saturnalia habitu dominorum colerent servi.* Fuit itaque isto festo servis major licentia permessa, pro Dominis tunc se gerentibus, Dominis contra servilibus muneribus functis. Hinc *Horatius*. 2. sat. 7. v. 4.

— *Age libertate Decembris*

Quando ita majores soluerunt, utere. —

Sed & ceteros quoque homines Saturnalibus lætitiæ plenos fuisse, & munera ultrò citròque misisse, & remisisse, ex autoribus notum est. *Gellius* cum civibus suis Athenis Saturnalicia ludicra hilarè & modestè, jucundis honestisque sermonibus illectationibus agitavit. V. l. 18. N. A. c. 2. Licuit diem totum doctis fabulis velut ex Symbolo conferendis dare; otium in utile negotium vertere diem communibus & fabulis & epulis exigere, *Macrobius*. l. 1. c. 2. & 7. pp. ubi etiam meminit: *Publicum Trib. plebis* (quod cum multi occasione Saturnaliorum per avaritiam à clientibus ambitiosè munera exigerent, idque onus tenuiores gravaret) tulisse, ut non nisi cerei ditioribus missarentur. *Svetonius* de Augusto in ejus vità c. 75. scribit: *Festos & solennes dies* (Augustus) profusissimè non nunquã joculariter tantum, celebrabat. Saturnalibus, & quando alias libuisset, modò munera dividebat, vestem & aurum, & argentum: modò nummos omnis nota, etiam veteres regios ac peregrinos: interdum nihil præter ciliicia & spongias, & rutabula, & forpices, atque alia id genus, titulis obscuris & ambiguis. Tandem (6.) de tempore Saturnaliorum prolixè disse-

rit Macrobius c. X. Apud majores nostros, ait, Saturnalia die uno finiebantur, qui erat ad quartum decimum Calendas Januarias. Sed postquam C. Caesar huic mensi duos addidit dies, sexto decimo coepta celebrari. Ea re factum est, ut vulgus ignoraret certum Saturnaliorum diem, nonnullique à C. Cesare incerto die, & alii vetere more celebrarent, plures dies saturnalia numerarentur: licet & apud veteres opinio fuerit, septem diebus peragi Saturnalia: si opinio vocanda est, quae idoneis firmatur autoribus. Nonio puta, & Munimio; Mallio v. Masurio & Fenestella dissentientibus; Tandem claudit: Abundè jam probasse nos existimo, Saturnalia uno tantum die; id est, XIII. Calendarum solita celebrari, sed post in triduum propagata, primum ex adjectis à Cesare huic mensi diebus, (vid. c. 14) deinde ex edito Augusti, quo trium dierum ferias saturnalibus addixit. A decimo sexto igitur coepta in XIII. desinunt, quo solo fieri ante consueverant. Sed Sigillariorum adjecta celebritas, in septem dies letitiam religionis extendit. Conf. § seqq. Et Cap. 2. Cum solstitialis dies, qui Saturnaliorum festa, quibus illa convivia celebrata sunt, consecutus est. Et Cap. 11. extremo: Idè Saturnaliorum celebritas occupat septem dies, quos tantum feriatos facit esse, non festos omnes. Nam medio, id est, decimo tertio Calendas festum probavimus; & aliis hoc assertionibus ab his probatum est, qui rationem anni, mensium, dierumque, & ordinationem à Cesare digestam plenius retulerunt.

72. D. 19. Decembr. Opalia habita sunt, de quibus Macrobius in Saturnalib. pei gens c. 10. l. 1. ita loquitur: Ex his ergo omnibus colligi potest, & uno die Saturnalia fuisse, & non nisi decimo quarto Calend. Januariarum celebrata: quo solo die apud eadem Saturni convivio soluto, Saturnalia clamitabantur: qui dies nunc Opalibus inter Saturnalia deputatur, cum primum Saturno pariter & Opi fuerit ascriptus. Hanc autem Deam Opem Saturni conjugem crediderunt: & ided hoc mense Saturnalia, itemque Opalia celebrari: quod Saturnus ejusque uxor, tam frugum quam fructuum repertores esse credantur. Habita ergo sunt Saturnalia in honorem Saturni, & Opalia in honorem uxoris ejus Opis. Vid. ib. seqq.

Die 21. Decembr. Angeronia sacra peracta. Macrobius ibid. Duodecimo verò feria sunt diva Angeronia, cui Pontifices in sacello Voluptas sacrum faciunt, quam Verrius Flaccus Angeroniam dici ait, quod angores ac animorum sollicitudines propitiata depellat. Masurius adjicit, simulacrum ejus, Deo ore obligato atque signato in arâ Voluptas propterea collocatum: quod qui suos dolores anxietatesque dissimulant, perveniant patientiæ beneficio ad maximam voluptatem. Julius Modestus ided sacrificari huic Deæ dicit, quod populus Romanus morbo, qui angina dicitur, præmissis votis sit liberatus.

D. 22. Decembr. (Pergit ibid.) Undecimo autem Calendarum feria sunt Laribus dedicate, quibus eadem bello Antiochi Æmilius Regillus Prætor in campo Martio curandam rovis.

D. 23. Decemb. (Pergit Macrob. ibid.) Decimo Calend. feria sunt Jovis, quæ appellantur Larentinalia, de quibus hæ sunt opiniones. Cato ait, Larentiam meretricio quæstu locupletatam, post excessum suum populo Romano agros Furacem, Semurium, Lincerium & Solinium reliquisse: & idèd sepulchri magnificentia, & annue parentationis honore dignatam. Macer hist. lib. 1. Faustuli Conjugem Accam Larentiam Romuli & Remi nutricem esse confirmat. Hanc regnante Romulo, Carutio quidam Tusco diviti denuptam, auctamque hereditate viri, quam post Romulo, quem educasset, reliquit, & ab eo parentalia, diemque sistum, pietatis causa statutum. Vid plura apud Macrob. cit. lib. 1. c. 10. Gellius cum Catoe eadem habet l. 6. Noct. Att. c. 7. Acta Larentia (nomen ait in antiquis annalibus celebre, cui post mortem amplissimi honores à pop. Rom. habiti) corpus in vulgus dabat, pecuniamque emeruerat ex eo quæstu uberem. Ea testamento, ut in Antiatis historia scriptum est, Romulum regem, vel ut quidam alii tradiderunt, populum Romanum bonis suis heredem fecit. Ob id meritum à stamine Quirinali sacrificium ei publicè fit: & dies è nomine ejus in fastos additus. De his feriis Larentinalibus promittit quædam Ovidius lib. 3. Fast. v. 55. Vocatur autem ipsi Laurentia, quæ vox etiam vulgò sic legitur in Cicerone ad Brutum: sed J. Fabr. Chemnicensis emendat locum Cic. Castig. ad Hor. l. 3. od. 18. Qui hunc honorem mulieri Larentina tribuerunt: Secutus Manutium, qui verba Rom. Calendarii: L A R. N. P. Larentinalia nefastus primo, expo-

exponit. Antiquissimi scriptores vocant La-
rentiam, quæ lectio quoque mihi placet. Conf-
Macrobius & Gellius citatis locis.

Atque hæc, de quibus hætenus, sunt Festa
Veterum Romanorum ferè præcipua, de quibus ad-
jungi possent: (α .) *Saliaria*, in Martio, in honorem
Martis, cujus sacerdotes *Salii* eo mense saltantes
circumibant, ancilia in manibus portantes. (β .) *Ce-
realia* in Aprili, in memoriam Proserpinæ, a Cerere
vicissim repertæ: Erat autem istud festum origine
Græcum, cujus ceremoniæ per matronas Rom. per-
agebantur. (γ .) *Umalia* (seu *Veneralia*) in Apri-
li, in honorem Veneris, cui in templo ejus multa
vina consecrabant, hortos dedicabant, &c. (δ .)
Compitalia in Majo, quæ in compitis ac publicis vi-
is agitabantur, in honorem Larium, matrisque
eorum Maniæ, cui sacrificio capita puerorum offe-
rebantur, quorum loco J. Brutus capita ceparum
substituit v. sup. § 71. (ϵ .) *Neptunalia* in Junio (ζ)
Portumnalia in Augusto, in honorem Portumni,
diversoriorum Dei. (η .) *Feriæ Latinae*, in honorem
Jovis, in monte Albano, medio inter Albam &
Romam. (θ .) *Natalitia* in honorem Genii, quibus
nefas erat, sanguinem animalium effundere. &c.
&c. &c. Hæc nil addo amplius, videantur passim
Rom. Rer. Scriptores; Tabellas duntaxat quasdam
Deorum Dearumque apud Romanos mantissæ lo-
co adjungam.

1. *Dii majorum Gentium.*

Jupiter,	aeris & cæli.
Juno,	divitiarum.
Venus,	pulcritudinis.
Minerva,	Sapientiæ.
Vesta,	Terræ.
Ceres,	Frugum.
Diana,	Venationis.
Mars,	Belli.
Mercurius,	facundiæ.
Vulcanus,	Ignis.
Apollo,	Medicinæ.
Neptunus,	Maris.
Janus,	Agriculturæ.
Saturnus,	Temporis.
Genius,	Nativitatis.
Orcus,	Inferni.
Bacchus,	Vini.
Tellus,	Seminis.
Sol,	☉.
Luna,	☾.
Bellona,	militiæ.
Victoria,	victoriæ.
Nemesis,	vindictæ.
Cupido,	amoris.
Gratiæ,	} gratitudinis.
Charites	
Penates,	hom. custodiæ.
Lares,	tectorum.
Parcæ,	fati.

Hi sunt præcipui Rom. Dii, numero XX. qui tamen omnes revera ad unum Solem, propter multiplices operationes tot nominibus insignitum, referebantur. Vid. Macrob. lib. 1. Saturn. c. 17. seqq.

Furiæ,

Furiæ,	} pœnarum.
Eunomides	
Fortuna,	providentiæ.

Hicranæ

II. Dii indigites & semi-Dii, i. e. Homines ob merita. Διο θεόμεινοι.

Hercules.	Æsculapius.
Faunus.	Castor & Pollux.
Evander.	Acca Larentia.
Carmenta.	Quirinus. &c.

Virtutes itidem in Catalogum dierum adscribebantur, iisdemq; templa, festa & sacrificia fiebant.

Intellectus.	Tranquillitas.
Fortitudo.	Libertas.
Pietas.	Spes.
Honor.	Pax.
Felicitas.	Concordia
	Honestas.

III. Dii Semones, quasi Semi homines.

Vertumnus,	mercaturæ.	Jugatinus	nuptiarum.
Nasca,	nativitatis.	Domiducus,	spôs. domiduct.
Nenia,	funerum.	Partunda,	} partus.
Cunina,	cunarum.	Egeria	
Rumina,	Lactatus,	Horta,	hortationum;
Potina,	potus.	Volunna,	voluntatis.
Educa,	cibi.	Laverna,	furti.
Carnea,	Carnis.	Libetina,	sepulcrorum.
Juventus,	juventutis.	Robigus,	sordium.
Volupia,	voluptatis.	Sterculis,	fimi.
Lubentia,	desiderii.	Bubona,	boum.
Vacuna,	otii.	Portunus,	diversoriorum,
Hippoma,	eqvorum.	Terminus,	finium.
Millona,	mellis.	Pan,	pastorum.
Pomana,	fructuum.	Silvanus,	silvarum.

Flora;

Flora,
Pales,florum.
pabuli.Priapus,
&c. &c.hortorum,
&c.*Quosq; referre mora est.*

Romani enim tam ridiculè Deorum Dearum-
que numerum augebant, ut quoque cloacis & ca-
marinis deæ adjungerentur: *Cloacina*; *Febris* i-
tem, *Pallor*, *Pavor*, &c. in numerum Divorum re-
cipiebantur. Immo Deos (verba sunt Mich. Ne-
andri præf. Catech.) *confinxerant sibi innumeros,*
secundum judicium cæcæ ac corruptæ suæ rationis:
deos ignotos & innominatos etiam coluerunt, alii
affectus, alii timorem, mortem, risum; rursus vi-
tia & virtutes, somnia, & ventos, lapides, truncos,
& universam tandem cœli militiam adorabant, iis
etiam rebus, quæ non essent in rerum naturâ, ho-
nores divinos tribuentes; ubi tot dii deaque erant,
quot somnia, quot cogitationes: plura templa, sa-
cella, ara, statua, quàm domus, quàm homines: quem-
admodum id ex Pausania, Strabone, ac aliorum ve-
terum narrationibus sit perspicuum. Hesiodus tri-
ginta deorum millia facit. Marcus Varro trecen-
tos tantum Joves commemorat; quemadmodum docet
Augustinus in civitate suâ. Vid. Pausaniam l. 1. 8.
& 9. Strabon. l. 3. Philostratum l. 3. de vitâ Apoll.
Tian. &c. imprimis D. Paulum Rom. 1. 1. Cor. 12.

Tantis in tenebris vixit Gens Romulidarum!

Atque ex tanto numero quilibet ferè Deus
Deaque suos peculiare habebat Sacerdotes. Ju-
piter *Diales*, Mars *Martiales*, Romulus *Quirina-*
les, Pan *Lycæus Potitios*, Hercules *Pinarios*, Vulca-
nus *Vulcanales*, Sybele omnium deorum mater
Gallos,

Gallos, quorum caput erat Archi-Gallus. Antiquissimi Sacerdotes erant *Luperci*. Post hos *Vestales* ignis sancti & perpetui custodes, quæ 30. annales permanebant. Porro Martis Sacerdotes, *Sallii* & *Feciales* dicti, quorum initio 12. erant, post 24. Tum sequebantur magno numero *Flamines*, tot numero, quot Dii majores. Habebant quoque Romani *Arvales*, *Augures*, *Aruspices*, *Extispices*, *Curiones*, *Epulones* &c. Habebat quoque quilibet Sacerdos suos Diaconos, inter quos erant *Camilli*, *Flaminei*, *Flaminis Dialis ministri*, &c. Habebant *Ædituos*, *Tubicines*, *Popas*, *Victimarios*, *Precias*, *Præficas*, *Vespilones*, &c. Vid. Plutarchum, Ciceronem, Plinium, Gellium, Lactantium, Augustinum, Rosinum, alios.

Tria deniq; hic in fine Calendarii Romani notes velim.

I. Quod, licet Vulgus gentilium tot Deos habuerit, atque coluerit, sapientiores tamen ethnici præter hos Unum tantum Deum esse, agnoverint. *Mercurius Trismegistus* certè fatetur, unam esse *ἑστὴν*, omnium rerum originem. *Pythagoras* in aureo carmine scribit: *Si quis dicit, Deus sum, præter unum: is debet mundum huic parem condere & dicere, hic meus est.* &c. *Orpheus* deos 360. confessus, omnes rejecit moriens, unumque esse asseruit, teste *Theophilo* contra gentes. Hanc sententiam amplexi quoque sunt, *Empedocles*, *Thales*, *Anaxagoras*, *Parmenides*, *Socrates*, *Plato*, *Aristoteles*, *Jamblichus*, *Proclus*, *Simplicius*, *Cicero*, *Seneca*,

neca, Chryſippus, Theophrastus, Homerus, Heſiodus, Virgilius, Ovidius, & quamplures alii. Vid. Eusebius, Juſt. Martyr, Clemens Alex. Lactantius, Auguſtinus, Plutarchus, Laërtius.

II. Quod Romanenſes hodierni ab avitâ idolomaniâ parum diſceſſerint. Licet enim unum verum Deum, ejuſque Fil. Jeſum Chriſtum agnoſcant, atque avorum ſuorum Deos deaſque gentiles rejiciant, nihilo minus tamen vero Deo multos adjungunt, & in gentilium locum alios, numero non pauciores, ſubſtituunt. Nimirum, ut Romani olim Heroes propter merita in Deorum collegium adſciverunt, ita Pontificii Sanctos demortuos, tanquam Mediatores & auxiliatores, magno numero canonizarunt. Ex iſtis ſunt *Dii regionum*; S. Jacobus quidem Hiſpaniæ, S. Dionyſius Galliæ, S. Bonifacius Germaniæ, S. Thomas Angliæ, S. Brigitta Sveciæ, S. Stanislaus Poloniæ, S. Wenzelius Bohemiæ. &c. *Dii urbium*, S. Petrus & Paulus Romæ, S. Marcus Venetiarum, S. Ambroſius Mediolani, S. Ulricus Auguſtæ Vindellicorum, S. Sebaldus Noribergæ, S. Otrilia Argentorati, &c. *Dii pecorum*, S. Wendel ovium, S. Elogius equorum, S. Pelagus boum, S. Antonius porcorum, S. Rupertus anſerum, S. Gallus gallinarum, &c. *Dii penates*, in infirmitatibus invocandi, S. Sebaſtianus contra peſtem, S. Petronella febrem, S. Wolffgangus paralyſin, S. Anthonius eryſipelas, S. Johannes Evangeliſta venenum, Anaſtaſius cephalalgiam, S. Otrilia ophthalmiam, S. Apolonia dentium dolores &c. *Dii doctorum & opificum*, S. Augu-

Augustinus Clericorum, S. Ivo Ictorum, S. Damianus Medicorum, Catharina Philosophorum, S. Gregorius Scholasticorum, S. Cæcilia Musicorum, S. Lucas Pictorum, S. Iosephus fabrorum lignariorum, S. Georgius equitum &c. His Patronis atque Diis suis in templis idola auro, argento, lapide, lignis facta erigunt, feris, coronis, vestibus ornant: circumportant, altaria illis ædificant, cereas, & candelas accendunt, ferias ac stata festa consecrant, osculantur, adorant, celebrant, genua flectunt, &c. $\delta\epsilon\ \kappa\alpha\iota\ \epsilon\theta\epsilon\lambda\omicron\delta\epsilon\eta\sigma\kappa\epsilon\iota\alpha$ Esaias cap. 29. 13. Jer. 11, 13. Matt. 15, 19.

Nec minor apud hodiernos Romanenses Sacerdotum numerus, quam apud veteres Romanos; invenias enim tot apud illos Sacerdotum ordines, ut affirmare ferme audeam, nepotes hâc in re avos suos longè superare. Habent n. Papicolæ suum summum Pontificem, suos Cardinales, Generales, Provinciales, Nationales, Primate, Patres, Fratres, Regulares, Monachos, Moniales, Eremitas, &c. Et hi sunt rursus admodum varii, Therapeutæ, Ascetæ, Clerici, Philosophi, Tabernasci, Monachi, S. Basilii, Hieronymi, Augustini, S. Benedicti, & hi iterum Cluniacenses, Camaldulenses, Vallis umbrenses, Montolivetenses, Cisteriani, Celestini, Grandimontenses, Gerundinenses, Carthusiani, Sylvestrini; S. Anthonii, Bernardini, Humiliati, Præmonstratenses, Gilbertini, Cruciferi, Hospitalarii, Trinitariani, Bethlehemitæ, Johannitæ, Templarii, S. Lazari, Callatravæ, S. Jacobi, Mariani, Mendicantes, Carmelitæ, Dominicani, Franciscani, Minoritæ, ac hi rursus Observantes, Conventuales, Minimi, Capuciani, Collectanei, Amadeani, Reformati de Evangelio, Chiacini cum barbâ, de Portiuncula, Paulini, Brasiani, Gaudentes, Servientes, &c. S. Marci, Vallis Scholarium, S. Claræ, S. Pauli, Boni-homines, S. Mariæ, Cælestini, Jesuati, S. Brigittæ, S. Catharinæ,

tharinæ, S. Justinæ, S. Saviouris, Albati, Fratricelli, Turbupini, S. Ambrosii ad nemus, S. Mauritii, S. Michaelis, S. Stephani, S. Spiritus, Minimi Jesu Mariæ, Peregrinantes, Indiænæ, Jesuitæ, Ambrosiani, Capellani, Cellarii, Clavigeri, Forficiferi, S. Helenæ, S. Jacobi, Ignorantiæ, Vallis Josaphat, Ave Maria, Reclusi, S. Ruffi, Specularii, Stellati, &c. &c. Habent Pontificii Abbates, Decanos, Præpositos, Rectores, Examinatores, Magistros novitiorum, Regentes, Inspectores, Adhortantes, Sacerdotes, Parochos, Prædicantes, Procuratores, Thesiurarios, Diaconos, Lectores, Infirmarios, Librarios, Ædituos, Acoluthos, Exorcistas, Janitores, Vestium Custodes, Dispensatores, Excitatores, Camerarum Visitatores, Obsonatores, &c. &c. Vid. Rossæum lib. de Relig. Mundi, & alios.

III. Quod, quæ de festis atque Diis Romanorum dicta sunt, non eo sine Historiæ Calendarii Rom. fiat addita, ut juventus rectam ad pietatem viam edocta, Idolomania Romanorum delectetur, sed potius ut propter tam ingentem cæcitate[m] condoleat, tristetur, & perpetim consideret amissionem imaginis divinæ ex inobedientiâ primorum parentum ortam, quâ post lapsûm homines astutiâ Diaboli à DEO O. M. aversi, ad quævis vitia, atque sic etiam Idololatriam facti sunt proxissimi. Ideo breviter hæc omnia annexui, ut fœditatem superstitionis & Idololatriæ Romanæ adolescentes perspiciant, abominentur, sibi que ab ipsâ caveant, & ex adverso unum verum DEUM timere & diligere discant, Ejus gratiam & misericordiam è tenebris ad lucem nos protrahentem agnoscant, ipsique pro claritate lucis divinæ & verbi divini, nobis communicatâ, ex corde gratias agant.



APPENDICULA.

73.

Historiæ Calendarii Romani, festo-
rumque Romanorum, breviter ex-
positorum, in Tyronum gratiam,
mantisæ loco, designationem mensium,
singulorumque dierum apud Græcos, i-
temque intercalandi rationem apud eos
usitatam, adjungere lubet. Græci, præ-
sertim Athenienses, annum & menses an-
ni, ut supra diximus, non ad Solis, sed Lu-
næ cursum computabant; atque à Lunâ
incipiebant & finiebant mensem. Orfos
autem Athenienses esse annum à solstitio
æstivo, ex *Simplicio* constat. Fuit itaque
secundum intercalandi præscriptum is
mensis primus, qui isti solstitio proximus
fuit. Adeoque, cum solstitium æstivum
in Junium nostrum incidat, ut Ἰκατομ-
βασίης, qui primus Atheniensium mensis
I fuit,

fuit, Junii quandam partem occupavit, necesse est. Quia v. annum ad Lunæ cursum (quem morem Romani tempore Numæ imitati sunt) conformarunt, intercalatione dierum opus fuit, quâ efficerent, ut lunares menses ad cursum Solis, vel potius ipse annus ad eundem, congruerent.

74. Quæ autem ista intercalandi apud Græcos, itemque Romanos, ratio fuerit, exponit prolixè Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 13. *Secutus Romulum Numa, quantum sub cælo rudi, & seculo adhuc impolito, solo ingenio magistro comprehendere potuit: vel quia Græcorum observatione forsitan instructus est, quinquaginta dies addidit: ut in 354. dies, quibus 12. lunæ cursus confici credidit, annus extenderetur: atq; his 50. à se additis, adjecit alios sex, retrahens illis 6. mensibus, qui 30. habebant dies, i. e. de singulis singulos: factosque 56. dies, in duos novos menses pari ratione divisit: ac de duobus priorem Januarium nuncupavit, primumque anni esse voluit, tanquam bicipitis Dei mensem, respicientem ac prospicientem transacti anni sinem, futurique principia.*

Secundam dicavit Februo Deo, qui lustrationum potens creditur. -- Numa ordinationem finitimi mox secuti: totidem diebus, totidemque mensibus, ut Pompilio placuit, annum suum computare cœperunt. Sed hoc solo discrepabant, quod menses unde tricenum, tricenumque, in numero alternaverunt. Paulo post Numa in honorem imparis numeri, secretum hoc & ante Pythagoram parturiente naturâ, unum adjecit diem, quem Januario dedit, ut tam in anno, quàm in mensibus singulis, præter unum Februarium, impar numerus servaretur. Nam quia 12. menses si singuli aut pari aut impari numero putarentur, consummationem parem facerent: unus pari numero institutus, universam putationem imparem fecit. Januarius igitur, Aprilis, Junius, Sextilis, September, November, December, unde tricenis censebantur diebus: & quintanas Nonas habebant. Ac post Idus in omniibus septemdecim ad Calendas computabantur. Martius verò Majus, Quintilis, & October, dies tricenos singulos possidebant: Nonæ in his Septimana erant. Similiterque post Idus: decem & septem dies in singulis, usque ad sequentes Ca-

lendas computabantur. Sed solus Februarius 28. retinuit dies: quasi inferis & diminitio, & par numerus conveniret. Cum ergo Romani ex hac distributione Pompilii ad Luna cursum, sicut Græci, annum proprium computarent: necessario & intercalarem mensem instituerunt, more Græcorum. Nam & Græci cum animadverterent, temerè se 354. diebus ordinasse annum: quoniam appareret de Solis cursu, qui 365. diebus, & quadrante Zodiacum conficit, deesse anno suo undecim dies & quadrantem: intercalares statuta ratione commenti sunt. Ita ut octavo quoque anno 90. dies, ex quibus tres menses tricenum dierum composuerunt, intercalarent. Id Græci fecerunt, quoniam erat operosum atque difficile, omnibus annis undecim dies, & quadrantem intercalare. Itaque maluerunt hunc numerum octies multiplicare, & 90. dies, qui nascantur, si quadrans cum diebus undecim octies componatur, inserere, in tres menses (ut diximus) distribuendos. Hos dies ὀπτεβάρους, menses verò τεσσαρίσμως appellabant. Hunc ergo ordinem Romanis quoque imitari placuit: sed frustra quippe fugit eos, diem unum, sicut supra ad-

monus-

monuimus, additum à se ad Græcum nume-
 rum, in honorem imparis numeri. Eare per
 octennium conuolare numerus, atque ordo
 non poterat. Sed nondum hoc errore com-
 perto, per octo annos, 90. quasi superfun-
 dendos Græcorum exemplo computabant dies;
 alternisque annis binos & vicos, alternis
 ternos vicosque intercalares expensabant
 intercalationibus quatuor. Sed octavo quo-
 que anno, intercalatores octo affuebant dies
 ex singulis, quibus vertentis anni numerum
 apud Romanos super Græcum abundasse iam
 diximus. Hoc quoque errore iam cognito,
 hæc species emendationis inducta est. Ter-
 quoque octennio ita intercalandos dispensa-
 bant dies: ut non nonaginta, sed Sexaginta
 sex intercalarent: compensatis vigintiqua-
 tuor diebus pro illis, qui per totidem annos
 supra Græcorum numerum creuerant. Omni
 autem intercalationi mensis Februarius de-
 putatus est: quoniam is ultimus anni erat.
 Quod etiam ipsum de Græcorum imitatione
 faciebant: nam & illi ultimo anni sui men-
 si, superfluos interserebant dies, ut refert
 Glaucippus, qui de sacris Atheniensium scri-
 psit. Verùm unà re à Græciâ differebant,

nam illi confecto ultimo mense, Romani non confecto Februario, sed post vigesimum & tertium diem intercalabant, Terminalibus scilicet jam peractis. Deinde reliquos Februarii mensis dies, qui erant quinque post intercalationem subjungebant, credo, veteri religionis suæ more, ut Februarium omnino Martius sequeretur. vid. ibid. plura. it. quo primum tempore intercalatum sit.

75. Ordinem verò mensium, dierumq; appellationem apud Græcos quod attinet, incommodè quidem, primum mensem Græcorum Junium nostrum exponimus: siquidem Anno Mundi 3917. a. 3903. A. N. C. 45. qui erat annus primus Julianus, primus mensis Græcorum ἑκατομβαιῶν, V. Calend. Julias, i.e. in 27. diem, adeoque in finem Junii incidit; nihilominus, cum solstitium æstivum, à quo Græci annum ordiebantur, in Junium incidat, docendi causa, hæc congruentia & ordo poni potest.

1. ἑκατομβαιῶν
2. μεταγειτριῶν
3. Βονοεργιῶν

Junius.

Julius.

Augustus.

4. Μαγ

4.	Μαμακτιερίων	September.
5.	Πυανεψίων	October.
6.	Ανθεστηριών	November.
7.	Ποσειδεών	December.
8.	Γαμηλιών	Januarius.
9.	Ελαφηβολιών	Februarius.
10.	Μαιευχιών	Martius.
11.	Δαρυηλιών	Aprilis.
12.	Σκίρροφοριών	Majus.

76. Primus Græcorum mensis dicebatur, ab Hecatombis Jovis. Etiam Cronius dicebatur. Secundus in Metagitniis Apollinis sacris. Tertius à Boëdromiis sacris; Cum enim Theseus Apollini rem divinam ex oraculo quodam fecisset, Amazones aggressus est: pugnatum est in mense Boëdromione, cujus pugnae causa in hunc usque diem Athenienses sacrificia Boëdromia peragunt, mensique inde nomen est Boëdromion: vocabuli origo à clamore, cum ad auxilia accurreretur, sublato, trahitur. *Plutarch. in Thes.* Quartus à Mamæcta, quæ Jovis appellatio est, & turbidum aërem significat. Quintus à Pyanis fabis, in Apollinis sacris. Sextus

ab ἄνθος & περῶ, quod campi floribus privati sunt. Septimus à Neptuni & Palladis certamine. Octavus à Junone, quæ nuptiis præest. Nonus à venatione, nam, ἑλαφίβολος Ⓞ venator est. Decimus à Mynychiis Dianæ sacris; *Plutarcb. in Theseo.* Undecimus à θερῶ & γῆ, quod caleseat terra. Sed θερῶν ἡλια etiam sacra sunt Apollinis. Duodecimus à sacris umbraculis; significant ædificandum esse.

77. Quemlibet autem mensem, in tres Decades Græci dividebant. *Prima* dicebatur ἰσταμένον vel ἀρχομένον μηνός, i. e. instantis & ineuntis mensis. *Alter* μεσσηντ Ⓞ vel ἡπὶ δέκα s. ἡπὶ δεκάτη, i. e. medii, vel supra decem. *Tertia* φθίνοντ Ⓞ λήγοντ Ⓞ, vel ἡπὶ εἰκάδι, quo utitur Πολυκκ, vel μετὰ εἰκάδα i. e. præcipitantis, desinentis, vel supra viginti s. post viginti. Prima dies cujuslibet mensis dicebatur μεσημηνία h. e. Novilunium; Luna enim auspicabatur & finiebat mensem. Ultima dies dicebatur ἔνη καὶ νέα h. e. vetus & nova, quod inter elapsam, & proximè sequentem mensem intercederet. Si plurimum quam triginta dierum mensis erat,
post

post δεκάδα addebatur ένδεκάτη; aut quando pauciorum, 29. dier. scilicet, pro δεκάτη ΦθίνοντⓄ dicebatur έννάτη ΦθίνοντⓄ.
Conf. Chronol. meam sect. 2. art. 3.

78. Sed declarabimus hæc uno, atq; altero exemplo.

Εκατομβαιών.

Calendæ.	1.	Νεμηνία εκατομβ.	} εκατομ βαιώνⓄ
IV.	2.	δευτέρα ιστιμένε	
III.	3.	τρίτη ιστιμένε	
Pridie	4.	τετάρτη ιστιμένε	
Nonæ.	5.	πέμπτη ιστιμένε	
VIII.	6.	έκτη ιστιμένε	
VII.	7.	έβδομη ιστιμένε	
VI.	8.	ογδόη ιστιμένε	
V.	9.	έννάτη ιστιμένε	
IV.	10.	Δεκάτη εκατομβαιώνος.	} εκατομ βαιώνος
III.	11.	πρώτη μεσώντⓄ	
Pridie Idus.	12.	δευτέρα μεσώντⓄ	
Idus.	13.	τρίτη μεσ.	
XVIII. Cal.	14.	τετάρτη μεσ.	
XVII.	15.	πέμπτη μεσ.	
XVI.	16.	έκτη μεσ.	
XV.	17.	έβδομη μεσ.	
XIV.	18.	ογδόη μεσ.	
XIII.	19.	έννάτη μεσ.	

XII.	20.	Εἰκάς ἢ εἰκοσὴ ἑκατομβαίων.	
XI.	21.	δεκάτη φθίνουσι	} ἑκατομ- βαίονος.
X.	22.	ἐνάτη φθίνουσι	
IX.	23.	ὀγδόη φθίνουσι	
VIII.	24.	ἑβδόμη φθίνουσι	
VII.	25.	ἕκτη φθίνουσι	
VI.	26.	πέμπτη λήγουσι	
V.	27.	τετάρτη λήγουσι	
IV.	28.	τρίτη λήγουσι	
III.	29.	δευτέρα λήγουσι	
Epidie Cal.	30.	ἕνη καὶ νέα ἢ τριακάς.	

Μεταχειτνιών.

- | | | |
|----|------------|---------------------|
| 1. | ἰερσημνία | } μεταχειτ-
νιών |
| 2. | β. ἰσαμένε | |
| 3. | γ. ἰσαμένε | |
| 4. | δ. ἰσαμ. | |
| 5. | ε. ἰσαμ. | |
| 6. | ς. ἰσαμ. | |
| 7. | ζ. ἰσαμ. | |
| 8. | η. ἰσαμ. | |
| 9. | θ. ἰσαμ. | |

10. Δεκάτη.]
 11. α. μεσ.
 12. β. μεσ.
 13. γ. μεσ.
 14. δ. μεσ.
 15. ε. ἰσημ. } μεταγίτ-
 16. ς. μεσ. } νιών ☉.
 17. ζ. μεσ.
 18. η. μεσ.
 19. θ. μεσ.
 20. εἰκοσὴ μεσ.]
 21. α. μετ' εἰκάδα.]
 22. β. μετ' εἰκάδα.]
 23. γ. μετ' εἰκάδα.]
 24. δ. μετ' εἰκ.
 25. ε. μετ' εἰκ. } μετ' αὐτί-
 26. ς. μετ' εἰκ. } νιών ☉.
 27. ζ. μετ' εἰκ.
 28. η. μετ' εἰκ.
 29. θ. μετ' εἰκ.
 30. τετρακάς.

Ἐλαφηβολίων.

1. Πρώτη ἰσαμένῃ ἘλαφηβολίωνⓈ.

2. β. ἰσαμ.

3. γ. ἰσεμ.

4. δ. ἰσαμ.

5. ε. ἰσαμ.

6. ς. ἰσαμ.

7. ζ. ἰσαμ.

8. η. ἰσαμ.

9. θ. ἰσαμ.

10. Δέκας.

11. α. ὄπι δέκα.

12. β. ὄπι δέκα.

13. γ. ὄπι δέκα.

14. δ. ὄπι δέκα.

15. ε. ὄπι δέκα.

16. ς. ὄπι δέκα.

17. ζ. ὄπι δέκα.

18. η. ὄπι δέκα.

19. θ. ὄπι δέκα.

20. Εἰκάς.

Ἐλαφηβο-
λίωνⓈ.Ἐλαφηβο-
λίωνⓈ.

21. ς. λήγοντ(ω)
 22. θ. λήγοντ(ω)
 23. η. λήγοντ(ω)
 24. ζ. λήγοντ(ω)
 25. ς. λήγοντ(ω)
 26. ε. λήγοντ(ω)
 27. δ. λήγοντ(ω)
 28. γ. λήγοντ(ω)
 29. β. λήγοντ(ω)
 30. ἔτη καὶ νέαι
- ἑλαφροβ
 λιῶν(ω)

SOLI DEO GLORIA.



1. A. A. A.	1.
2. A. A. A.	2.
3. A. A. A.	3.
4. A. A. A.	4.
5. A. A. A.	5.
6. A. A. A.	6.
7. A. A. A.	7.
8. A. A. A.	8.
9. A. A. A.	9.
10. A. A. A.	10.
11. A. A. A.	11.
12. A. A. A.	12.
13. A. A. A.	13.
14. A. A. A.	14.
15. A. A. A.	15.
16. A. A. A.	16.
17. A. A. A.	17.
18. A. A. A.	18.
19. A. A. A.	19.
20. A. A. A.	20.

SOLI DEO GLORIA